# Conciliulu Provincialu alu Doilé

## ALU PROVINCIEI BISERICESCI

GRECO-CATOLICE

## ALBA-JULIA si FAGARASIU

tienutu la anulu 1882.

# Concilium Provinciale Secundum

## PROVINCIAE ECCLESIASTICAE

GRAECO-CATHOLICAE

## ALBA-IULIENSIS et FOGARASIENSIS

celebratum anno 1882.

Editiunea a II-a.

BLASIU, 1886.

# ACTELE SI DECRETELE

## Conciliului provinciei bisericesci greco-catolice de Alb'a-Julia si Fagarasiu tienutu in anulu domnului 1882.

**Dela a trei'a di de serbatore a S. S. Rosalie pana Marti dupa Dominec'a antaia dupa Rosalie.**

**(Din 30 Maiu pana in 6 Juniu)**

IN BISERIC'A METROPOLITANA DIN BLASIU.

### I.

*Epistol'a indictiunei conciliului Provinciei bisericesci greco-catolice de Alb'a-Julia si Fagarasiu.*

Catra DD. Episcopi suffragani, — Venerabilele Capitule, — si superiorii Monastiriloru.

Noi Conte Romanu Ioanu Vancea de Buteas'a din indurarea lui Domnedieu si grati'a Santului Scaunu Apostolicu alu Romei Archiepiscopulu si Metropolitulu greco-catolicu romanu alu Fagarasiului si Alb'a-Juliei, Asistente la Tronulu Pontificiu, Prelatu domesticu alu Santiei Sale, Consiliariu Intimu de Statu alu Maiestatei Sale Sacratissime C. R., Doctoru de S. Teologia s. c. a.

Cetitoriloru mantuire dela Domnulu!

Dupace Preabunulu Domnedieu s'a induratu a ni dá darulu seu, cá se vedemu complinitu fructulu lucrariloru Conciliului nostru provincialu I. tienutu la anulu Domnului 1872, si din grati'a Santului Scaunu Apostolicu se avemu a mâna

# ACTA ET DECRETA

## Concilii provinciae ecclesiasticae graeco-catolicae Alba-Iuliensis et Fogarasiensis anno domini 1882.

**A tertia die festi Pentecostes usque ad feriam tertiam post Dominicam primam post Pent.**

**(A die 30 Maii usque ad diem 6 Iunii)**

IN METROPOLITANA BASILICA BLASIENSI CELEBRATI.

### I.

*Epistola indictionis Concilii Provinciae Ecclesiasticae Graeco-Catolicae Alba-Iuliensis et Fogarasiensis.*

Ad DD. Episcopos suffraganeos, — Venerabilia Capitula, — et Superiores Monasteriorum.

Nos Ioannes Vancea de Buteas'a Comes Romanus, divina miseratione et S. Sedis Apostolicae Romanae gratia Archiepiscopus et Metropolita Romanorum Graeci-Ritus Catholicorum Fogarasiensis et Alba-Iuliensis, Solio Pontificio Adsistens, Sanctitatis Suae praelatus domesticus, Sacrae C. R. Maiestatis intimus Status Consiliarius, SS. Theologiae Doctor etc.

Lecturis salutem a Domino!

Quandoquidem Deus Benignissimus dignatus sit nobis suam largiri gratiam, ut laborum Concilii nostri provincialis I[i] anno 1872 celebrati fructum copiosum videre, atque ex Sanctae Sedis Apostolicae auctoritate eiusdem Concilii Decreta

revediute Decretele aceluiasi Conciliu provincialu: solicitudinea apostolica, ce o avemu dupa chiemarea nostra cá Capu alu acestei Provincie bisericesci, precum si prescrisele canonice ni impunu un'a din cele mai placute datorintie anume a ne ingrigí cá acele Decrete sinodale, cari suntu aduse pentru Biseric'a nostra se se publice de dupa modalitatea prescrisa si inca potendu fí câtu mai curendu; cá asia tote acele, fiendu stabilite pentru prosperarea vietiei eclesiastice publice in Provinci'a Nostra, se pota ajunge fara amenare la cunoscinti'a toturoru acelora, pre cari acele i privescu mai de aprope.

Mai incolo avendu in vedere momentositatea si a altoru obiecte, cari se vedu a fí de interesu comunu pentru tote diecesele Provinciei Nostre bisericesci, cari dreptu ace'a receru pertractarea in consultari comune: spre ajungerea acestoru scopuri amu judecatu a fí de una necesitate imperativa, cá cu ajutoriulu Preainduratului Domnedieu se tienemu alu doile Conciliu provincialu si inca in decursulu anului curentu.

Si fiendcà in script'a Nostra indreptata catra Frati'a Vostra sub datulu 14 Martiu 1882. Nr. 791 amu fostu combinatu terminulu Conciliului celebrandu pre 30 Maiu a. c. stilulu nou, carea dî cade pre a trei'a dî de serbatorea SS. Rosalie, dupa cointielegerea avuta cu Frati'a Vostra si dupa parerea mai multor'a amu aflatu, cà terminulu amintitu va fí corespundietoriu; deci dara cu acést'a amu gasitu in Domnulu a defige definitivu dîu'a inchoarei Conciliului provincialu alu II-le pre 30 Maiu st. n. a. c., ce cade pre a 3-a dî de serbatore a Santeloru Rosalie.

Pentru ace'a interpelàmu, provocàmu si invitàmu pre Frati'a Vostra, cá pre terminulu amintitu se binevoiti a vení in persona la Conciliulu provincialu indicatu.

Éra de cumva ar intreveni ceva piedeca canonica, ce ar face imposibila venirea asteptata, ace'a va fí numai decâtu a Ni se aduce la cunoscientia spre apretiarea, ce o meritéza.



iam recognita prae manibus habere possimus; pastoralis exinde sollicitudo quam nos, veluti Supremus istius Provinciae ecclesiasticae Antistes, secundum nostram vocationem gerimus, necnon canonicae Sanctiones inter gratissimas, quas habemus, obligationes eam nobis imponunt, ut curam adhibeamus, quatenus eadem Decreta synodalia, quae pro nostris Ecclesiis lata fuere, ratione ac methodo praescripta, et, quoad fieri posset ocyus publicentur. Ita fiet perinde, quod illa omnia quae ad prosperitatem vitae eccliasticae in Nostra Provincia promovendam stabilita sunt, ad eorum notitiam haud mora pervenire valeant, quos eadem propius respiciunt.

Quum praeterea alia quoque magni momenti obiecta nobis prae oculis versarentur, quae relate ad omnes Provinciae nostrae ecclesiasticae Dioeceses commune interesse habere dignoscuntur, quaequae eadem ex causa pertractationem communibus consultationibus ineundam exposcere videntur; ad istos idcirco scopos obtinendos urgentis necessitatis esse dignovimus, ut favente Benignissimi Dei auxilio, Secundum provinciale Concilium nostrum hoc anno celebremus.

Et quidem, quum nostris Litteris ad Fraternitatem Vestram die 14 Martii 1882 N. 791 datis ad hoc Concilium celebrandum diem 30 Maii anni curentis, stylo novo, praefigendam esse concordaverimus, quae in diem 3am festivitatis Pentecostes incidit, post mutuas consultationes ad hoc ipsum cum Vobis initas eundem terminum plurimorum votis conformem esse invenimus; quocirca congruum fore in Domino judicavimus, diem inchoandi secundi Concilii nostri provincialis trigesimam Maii, stylo novo, anni currentis, quae in 3am diem festivitatis Pentecostes incidit, definitive stabilire.

Quapropter praelaudatam Fraternitatem Vestram nunc interpellamus, provocamus, atque invitamus, quatenus pro termino indicato ad Concilium provinciale indictum in persona comparere dignemini.

Quod si vero impedimentum aliquod canonicum contingeret intervenire, quod desideratum Cuiuspiam adventum impossibilem redderet, idipsum erit Nobis confestim notificandum, ut pro suo, quem habet, valore ponderari possit.

De odata Illustritatea Vostra (Frati'a Vostra) sunteti recercati cu tota onórea, cá se binevoiti a Ni face cunoscuti de tempuriu pre acei Frati in Christosu, pre cari ati avé de cugetu a-i aduce din Dieces'a s'a la Conciliu, cá in calitate de Teologi sinodali se ieia parte la pertractarile conciliarie.

In urma Vi se aduce si ace'a la cunoscientia, cà dupace in dîu'a a trei'a de SS. Rosalie are se se deschida Conciliulu, si asia se se tiena Sesiunea publica prima, spre carea trebue se se faca pregatirile necesarie; deci inainte de dîu'a Sesiunei prime publice trebue se se tiena celu pucinu una Congregatiune generala prosinodala, in care se se determine cele ce suntu de stabilitu. Pentru ace'a unulu fiacare se binevoésca a plecá de acasa asia, cá pre a dou'a dî de Rosalie dupa ameadî, pre câtu va fí cu potintia, cam pre 4 ore se fia in Resiedinti'a Nostra metropolitana aici in Blasiu, spre a luá parte si la agendele Congregatiunei prosinodale.

Si fiendu-cà „tota darea cea buna si totu darulu deplinitu vine de susu dela Parintele lumineloru"[1]), am judecatu in Domnulu a fí lucru câtu se pote mai salutariu, cá si prin rogatiuni atâtu private câtu si publice se se céra dela Preainduratulu Domnedieu ajutoriulu cerescu preste lucrarile nostre sinodale; si pentru ace'a amu ordinatu, cá in teritoriulu Archidiecesei nostre se se faca rogatiuni atâtu private câtu si publice in tote Bisericele archidiecesane sub tota durat'a Conciliului nostru provincialu, si nu ne indoimu de locu, cà si Voi, Reverendissimi Frati, inca veti dispune asemene pentru respectivele Diecese; cá asia Preabunulu Domnedieu se se indure a ni tramite darulu seu celu santu, cá si acestu Conciliu provincialu inchoatu in santu Numele lui se fia spre laud'a si marirea Presantei Treimi a Tatalui si a Fiului si a Spiritului Santu. Aminu!

Datu in Blasiu in curtile Castelului nostru metropolitanu la 8 Aprilie, 27 Martiu, anulu Domnului una mia optu sute optudieci si doile.

---

[1]) Jacob I. 17.



Eadem autem Fraternitas Vestra omni cum honore praemonetur, quatenus eos in Christo fratres, quos quisque secum ex sua Dioecesi ad Concilium perducere intendit, ut iidem in pertractationibus synodalibus partes capiant in qualitate Theologorum synodalium, antea Nobis notificare non gravetur.

In fine autem id quoque ad notitiam perfertur, quod, sicuti praedicta tertia die Pentecostes ipsum Concilium est inchoandum, taliterque illa die sessio prima publica instet celebranda, pro qua nonnula necessaria praeparanda forent, ideoque ante primam Sessionem publicam saltem una Congregatio generalis prosynodalis haberi debeat, in qua ea, quae stabilienda sunt, praedisponi queant. Quapropter unusquisque Vestrum ita dignetur sua discedere domo, ut pro secunda Pentecostes die a meridie, in quantum fieri possit, circa 4$^{am}$ horam hic Blasii in Residentia nostra metropolitana in illa Congregatione prosynodali partem habiturus sit.

Et quoniam „omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum"[1]), in Domino judicavimus maxime salutare fore, ut etiam precibus tum privatis tum publicis adjutorium super labores nostros synodales a Benignissimo Deo descendens imploretur; quocirca non intermisimus ordinare, qeatenus intra ambitum Archidioecesos nostrae preces fundantur tum privatim tum publice in omnibus Ecclesiis nostris archidioecesanis perdurante Concilii nostri provincialis decursu. Nec minime dubitamus, Vos quoque, Rmi Fratres, similiter esse dispposituros pro respectivis Dioecesibus; quo sic Deus Benignissimus nobis sanctam suam gratiam largiri dignetur, ut hoc quoque Concilium in sancto suo Nomine inchoatum cedat ad laudem et gloriam Sanctissimae Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen!

Datum Blasii in aedibus Palatii nostri metropolitani die 8 Aprilis, 27 Martii Anni millesimi octingentisimi octuagesimi secundi.

---

[1]) Jacob I. 17.

## II.

*Seriea acelor'a, ce s'au pertractatu atâtu in Congregatiunile generale, câtu si in Sesiunile publice ale Sinodului Provinciei bisericesci gr. catolice de Fagarasiu si Alb'a-Julia convocatu in Blasiu pre dîu'a de 30 Maiu st. n. 1882 si pre cele nemidîlocite urmatórie.*

In dîu'a de 29 Maiu st. n. 1882 s'a tienutu in sala Palatiului metropolitanu Congregatiunea preliminaria, in carea toti cei chiemati si presenti au emisu promisiune solemna cu privire la tienerea secreteloru Sinodului dupa formul'a cuprinsa in programulu adausu sub A).

Dupa ace'a s'au constituitu oficialii Sinodului, precum se vede din adausulu sub B); si in urma s'au presentatu si supusu esaminarei literele deputatiloru chiemati.

In dîu'a de 30 Maiu st. n. 1882 a trei'a dî de Rosalie, celebrandu-se Sant'a Liturgia episcopésca in Biseric'a metropolitana dela SS. Treime prin Escellenti'a Sa Reverendissimulu Domnu Metropolitu, dupa invocarea Spiritului Santu s'a tienutu antâi'a Siedintia publica, in carea dupa demiterea poporului Escellenti'a Sa Reverendissimulu Domnu Metropolitu a tienutu vorbirea inaugurala catra Sinodu, carea este adausa sub C) in originalu in limb'a romana si in versiune latina.

Dupa ace'a s'a publicatu Decretele sinodale, si mai antâiu Decretulu despre deschiderea Sinodului, care este alaturatu sub D).

Apoi Decretulu despre emiterea Profesiunei de credintia, adausu sub E); dupa a carui publicare a urmatu Profesiunea solemna de credintia emisa cu viersu inaltu de catra unulu fia-care membru dupa formul'a prescrisa de Pontificele Romanu Urbanu VIII pentru orientali.

Dupa ace'a s'a publicatu decretulu despre modulu vietiei pre tempulu Sinodului, precum se pote vedé sub F); apoi s'au cetitu Decretele de a nu se departá, si de a nu prejudecá, cari se afla sub G) si H). In urma s'au publicatu Decretele Conciliului provincialu tienutu in anulu 1872.

In ace'asi dî, adeca in 30 Maiu 1882, immediatu dupa



## II.

*Series eorum, quae tum in Congregationibus generalibus, tum in Sessionibus publicis Synodi Provinciae Ecclesiasticae gr. cath. Fogarasiensis et Alba-Iuliensis in diem 30$^{mam}$ Maii 1882 Blasium indictae ac subsequentibus diebus celebratae acta sunt.*

Die 29$^{a}$ Maii 1882 in aula Palatii metropolitani habita est Congregatio praeliminaris, in qua omnes vocati et praesentes solemnem de servandis Synodi secretis emiserunt promissionem juxta formulam in Programmate sub A) adnexo comprehensam.

Deinde officiales Synodi constituti sunt, prouti ex adnexo sub B) apparet; ac demum vocatorum deputatorum litterae exhibitae et examini subiecta sunt.

Die 30$^{ma}$ Maii 1882 tertia die festi Pentecostes in Ecclesia metropolitana ad SS. Trinitatem solemni sacro Pontificali per Excellentissimum ac Reverendissimum Dominum Metropolitam celebrato, post invocationem Spiritus Sancti, populo dimisso, habita est Sessio I publica; in ipsa autem idem Excellentissimus ac Reverendissimus D. P. Metropolita habuit ad Synodum sermonem inauguralem, qui sub C) in originali lingua romana et in versione latina adiacet.

Dein publicata sunt decreta synodala. Et primum quidem de inchoanda Synodo, quod sub D) adnectitur.

Alterum de professione fidei emittenda, quod sub E) advolvitur; eiusque publicationem solemnis fidei catholicae Professio juxta formulam ab Urbano VIII Romano Pontifice pro Orientalibus praescriptam a singulis membris alta voce emissa subsecuta est.

Hinc promulgatum est decretum de modo vivendi durante Synodo, prouti sub F) videre est. Post hoc perlecta sunt decreta de non discedendo ac de non praejudicando, quae sub G) et H) extant. Demum publicata sunt Decreta Synodi primae provincialis anno 1872 celebratae.

Eadem die, h. e. 30$^{a}$ Maii 1882 immediate post

antai'a Sesiune publica s'a tienutu in sal'a Palatiului metropolitanu Congregatiunea II-a generala, in care dupa Programu toti Parintii Sinodului s'au impartîtu in patru comisiuni sinodale, precum se vede din adausulu sub I). Acestoru Comisiuni s'au datu spre desbatere schemele prelucrate in ordinea urmatoria: Comissiunei I-me s'au concrediutu Capetele cuprinse in titulele „despre procedur'a in causele bisericesci civile si criminale“ si „despre Administratiunea averei bisericesci“; Comissiunei II-a Capetele tituleloru „despre Procedur'a in causele matrimoniale si despre Causele scolastice“; Comisiunei III-a Capetele deduse in Titulele „despre Marturisirea credintiei, despre Capitule si despre Beneficiele bisericesci“; éra Comisiunea IV-a Capetele titulului „despre restaurarea Ordului monastirescu a Santului Basiliu si despre Calugaritie“.

In 1-a Juniu s'a tienutu in sal'a Palatiului metropolitanu Congregatiunea III-a generale, in carea prin judecat'a Parintiloru Sinodului, cari singuri se bucura de votu decisivu, s'a admisu si stabilitu Titululu I-u alu IV. si VI. in form'a cuprinsa in Decretele asternute Santului Scaunu Apostolicu.

In 2 Juniu st. n. 1882 dupa celebrarea Santei Liturgie episcopesci prin Illustritatea Sa Reverendissimulu Domnu Episcopu alu Oradei-mari si dupa demiterea poporului, s'a tienutu a dou'a Siedintia publica Sinodala, in carea s'au promulgatu decretele Tituleloru I, IV si VI.

In ace'a-si dî, adeca in 2 Juniu st. n. 1882, inainte de ameadi s'a tienutu in sal'a Palatiului metropolitanu Congregatiunea IV-a generala, éra dupa ameadi a V-a in cari s'au aprobatu si admisu prin judecat'a Parintiloru Sinodului Titululu VI despre Administrarea averiloru bisericesci.

In 3 Juniu st. n. 1882 s'a tienutu in sal'a Palatiului metropolitanu Congregatiunea VI. generala, in carea prin judecat'a Parintiloru Sinodului s'a admisu si stabilitu Titululu V despre „Procedur'a in causele matrimoniale“.

In 4 Juniu st. n. 1882, adeca in Dominec'a toturoru Santîloru, dupa celebrarea Santei Liturgie episcopesci prin Illustritatea Sa Reverendissimulu Domnu Episcopu alu Lugosiului si dupa demiterea poporului, s'a tienutu a trei'a Sesiune sinodala, in care s'a promulgatu Titululu V.



I$^{am}$ Sessionem publicam in aula Palatii metropolitani habita est Congregatio II$^{a}$ generalis, in qua ad normam Programmatis universi Patres Synodi in quatuor Commissiones synodales distributi sunt, quemadmodum in folio sub I) continetur. Hisce commissionibus ad discutiendum tradita sunt schemata elucubrata hoc ordine. Commissioni I$^{ae}$ Capita in titulis „de Processu iuridico in causis ecclesiasticis civilibus et criminalibus“, et „de Administratione bonorum ecclesiasticorum comprehensa“. Commissioni II$^{ae}$ Capita titulorum „de Procedura in causis matrimonialibus et de causis scholasticis discutienda“. Commissioni III$^{ae}$ Capita in titulis „de Professione fidei, de Capitulis et de Beneficiis ecclesiasticis deducta“. Commissioni vero IV$^{ae}$ Capita tituli „de Ordine monastico S. Basilii restaurando, et de Monialibus“.

Die 1$^{a}$ Iunii in aula Palatii metropolitani habita est Congregatio III$^{a}$ generalis, in qua iudicio Patrum Synodi, qui soli decisivo gaudent voto, Tituli I$^{us}$, IV$^{us}$ et VI$^{us}$ iuxta modum in Decretis Sedi Apostolicae subiectis contentum admissi ac stabiliti sunt.

Die 2$^{a}$ Iunii 1882 solemni sacro pontificali per Illustrissmum ac Reverendissimum D. Episcopum Magno-Varadinensem absoluto, populo dimisso habita est Sessio II$^{a}$ publica synodalis, in qua decreta I$^{mi}$ IV$^{ti}$ et VI$^{ti}$ Tituli promulgata sunt.

Eadem die scilicet 2$^{a}$ Iunii 1882 ante meridiem in aula Palatii metropolitani habita est Congregatio IV$^{a}$ generalis, et post meridiem V$^{a}$, in quibus iudicio Patrum Synodi Titulus VII de administratione bonorum ecclesiasticorum probatus et admissus est.

Die 3$^{a}$ Iunii 1882 in aula Palatii metropolitani habita est Congregatio VI$^{a}$ generalis, in qua iudicio Patrum Synodi Titulus V$^{us}$ „de Procedura in causis matrimonialibus“ item probatus et admissus fuit.

Die 4$^{a}$ Iunii 1882 Dominica Omnium Sanctorum solemni sacro pontificali per Illustrissimum ac Reverendissimum D. Episcopum Lugosiensem celebrato, ac populo dimisso, habita est Sessio III$^{a}$ publica synodalis, in qua Titulus V$^{us}$ promulgatus est.

Totu in ace'a-si dî adeca in 4 Juniu 1882 s'a tienutu in sal'a Palatiului metropolitanu Congregatiunea VII-a generala, in carea Parintii Sinodului au adusu decisiune cu privire la Titululu alu III-le despre Beneficiele bisericesci, care inse de aci s'a relegatu la Sinodele diecesane. Dupa ace'a au admisu si stabilitu Titululu alu II-le despre Statutele capitularie, cari au se servésca cá punctatiuni la pregatirea Statuteloru speciale pentru unulu fia-care Capitulu.

In 5 Juniu st. n. 1882 s'a tienutu in sal'a Palatiului metropolitanu Congregatiunea a VIII-a generala, in care s'au adusu decisiuni cu privire la Titululu VIII despre Causele scolastice, cari inse, avendu-se in vedere impregiurarile speciale si locale ale fiacarei Diecese, s'au concrediutu singurateceloru Ordinariate; totu odata s'au resolvitu si unele din suplicele indreptate catra Sinodulu provincialu.

Totu in ace'a-si dî, adeca in 5 Juniu 1882 dupa ameadî, s'a tienutu in sal'a Palatiului metropolitanu Congregatiunea IX-a generala si cea din urma, in carea s'au stabilitu mai multe cu privire la causele scolastice si la Administrarea averiloru bisericesci; apoi s'au resolvitu suplicele restante indreptate catra Sinodulu provincialu, si s'au primitu decretele de subscrierea si incheiarea Sinodului.

In 6 Juniu 1882 dupa celebrarea Santei Liturgie episcopesci prin Escellenti'a S'a Reverendissimulu Domnu Metropolitu, si dupa demiterea poporului, s'a tienutu Sesiunea IV-a publica sinodala, in carea s'au promulgatu decretele cuprinse in Titululu VII. Apoi in sensulu Programului s'a publicatu decretulu de inchiarea Sinodului, carea este adausu sub L), precum si decretulu de subscrierea Decreteloru Sinodului, care de-impreuna cu subscriptiunile este adausu la inse-si Decretele Sinodului, si s'a subscrisu actele Sinodului de catra toti Parintii presenti la Sinodu. Dupa ace'a Sinodulu a rogatu pre Escellentissimulu Domnu Metropolitu, cá se céra dela Sântulu Scaunu Apostolicu preainalt'a confirmare a Decreteloru Sinodului.

In urma dupa cuventarea Metropolitului alaturata sub M), aducenduse in modu solemnu multiamita Marelui si Preabunului Domnedieu Datatoriului toturoru bunatatiloru, Sinodulu provincialu s'a inchisu.



Eadem die scilicet 4ª Iunii 1882 in aula Palatii metropolitani habita est Congregatio generalis VIIª in qua Patres Synodi decreta tulerunt ad Titulum IIIum de Beneficiis ecclesiasticis spectantia, atque ad Synodos dioecesanas hinc relegata. Deinde Titulum IIum de Statutis Capitularibus, tamquam articulos ad Statuta specialia pro unoquoque Capitulo conficienda deservientes, admiserunt ac stabiliverunt.

Die 5ª Iunii 1882 in aula Palatii metropolitani habita est Congregatio VIIIª generalis, in qua decreta lata sunt ad Titulum VIIIum de causis scholasticis pertinentia, atque singulis Ordinariatibus iuxta peculiares locorum circumstantias concredita fuere; prouti et nonnulli supplices libelli Synodo provinciali exhibiti congruam solutionem nacti sunt.

Eadem die scilicet 5ª Iunii 1882 a meridie in aula Palatii metropolitani habita est Congregatio IXª generalis simulque ultima, in qua nonnulla, quae ad causas scholasticas et Administrationem bonorum ecclesiasticorum spectant, stabilita sunt; ceterique supplices libelli Synodo provinciali exhibiti congruam solutionem habuerunt, atque decreta subscriptionis et conclusionis Synodi admissa sunt.

Die 6ª Iunii 1882 solemni sacro pontificali per Excellentissimum ac Reverendissimum D. Metropolitam celebrato, populoque dimisso, habita est Sessio IVª publica synodalis, in qua decreta Tituli VIIi promulgata sunt. Tum ad sensum Programmatis publicatum est decretum de finienda Synodo, quod sub L) adiacet; item decretum de subscribendis Synodi decretis, quod una cum subscriptionibus ipsis Decretis Synodi adiectum est. Post hoc singuli Patres Synodi Decreta synodalia subscripserunt. Dein rogavit Synodus Excellentissimum D. P. Metropolitam, ut supremam Decretorum Synodi provincialis recognitionem a S. Sede Apostolica implorare vellet.

Demum habito per Metropolitam sermone, qui sub M) extat, et solemni Largitori omnium bonorum Deo Optimo Maximo gratiarum actione reddita, Synodo provinciali finis impositus est.

## III.

### A.

*Programulu seau modalitatea tienerei Sinodului alu II. prvincialu alu Provinciei greco-catolice de Alb'a-Julia convocatu la Blasiu pre $\frac{30}{18}$ Maiu 1882.*

§. 1.

Dupace voru fí convenitu cei chiamati la Sinodulu provincialu, in dîu'a prima se va tiené una Congregatiune prosinodala (preliminaria) in Sal'a Resiedintiei metropolitane, in carea se voru dispune cele necesarie spre deschiderea Sinodului.

In acést'a Congregatiune.

1. Toti Parintii Sinodului imbracati in ornatulu loru propriu, anume: Episcopii cu patrafiru, mandía si camilafca, ér' ceialalti in ornatulu loru preotiescu, anume: cu greca, seau cu paliu ecclesiasticu, voru ocupá locurile competente la mésa, in acarei'a frunte va presidiá Metropolitulu, premitiendu consultarei rogatiunea: „Imperate cerescu".

2. Dupa finirea acestei rogatiuni Metropolitulu va tiené una vorbire acomodata scopului acestei Congregatiuni.

3. Finindu Metropolitulu vorbirea, cu convoirea Episcopiloru presenti, va provocá pre toti membrii Sinodului a-si face promisiunea solemna „de a tiené secretele Sinodului", recitandu formul'a urmatoria: „promitu pre credinti'a preotiesca, cà voiu tiené in secretu religiosu si sub tacere absoluta tote acele, cari voru fí cetite, desbatute, pertractate, si decretate atâtu in Congregatiunile generale, câtu si in Sesiunile publice, nice voiu descoperi din aceie nimenui nemic'a inainte de a se publicá acele pre calea sa, la tempulu prefiptu, cu modalitatea prescrisa".

4. Dupa ace'a se va face provocare catra Parintii Sinodului, cá se aléga pre oficialii Sinodului, si apoi voru fí a-se alege cu modalitatea, ce se va gasí a fí mai corespundietoria, urmatorii:

α) Judii escusatiuniloru si ai càintieloru.



## III.

### A.

*Programma seu methodus celebrandi Synodum IIam provincialem Provinciae graeco-catholicae Alba-Iuliensis convocatam Blasium pro $\frac{30}{18}$ Maii 1882.*

§. 1.

Postquam omnes ad Synodum provincialem convocati comparuerint, die prima celebrabitur Congregatio prosynodalis (praeliminaris) in Exedra residentiae metropolitanae, in qua necessaria ad inchoandam Synodum disponentur.

In hac Congregatione.

1. Omnes Synodi Patres ornatu proprio induti, et quidem: Episcopi Epatrachilio (stola), mandia, et camilafca, ceteri autem in ornatu suo presbyteriali; nempe graeca sive pallio ecclesiastico, occupabunt loca competentia ad mensam, in cuius principio praesidebit Metropolita, qui consultationibus praemittet orationem „Veni Sancte Spiritus".

2. Hac Oratione completa Metropolita habebit sermonem ad scopum huius Congregationis accomodatum.

3. Metropolita, finito sermone, cum Episcoporum praesentium consensu provocabit omnes in Synodo locum habentes, ut solemnem faciant promissionem de „servando Synodi secreto" recitando formulam sequentem „promitto ad fidem sacerdotalem, me sub secreto religioso et silentio absoluto observaturum omnia ea, quae sive in Congregationibus generalibus, sive in sessionibus publicis lecta, discusa, pertractata, atque decisa fuerint; neminique ex iis revelaturum quidquam, antequam eadem sua via suoque tempore atque methodo praescripta fuerint publicata".

4. Dein Patres Synodi provocabuntur, ut officiales Synodi eligant; exindeque, eo modo, qui magis opportunus visus fuerit, erunt eligendi sequentes:

α) Iudices Excusationum et querelarum.

β) Promotorii Sinodului.
γ) Secretarii Sinodului.
δ) Notarii Sinodului.
ε) Magistrulu Ceremonieloru Sinodului
ζ) Teologii si Canonistii Sinodului.

5. La mandatulu presidiului secretariulu primu alu Sinodului va provocá pre deputatii Capituleloru, se-si produca documintele credentionale de procuratiune, cari presentandu-le presidiului, voru fi de a-se aprobá.

6. Dupa ace'a Metropolitulu va intrebá pre Parintii Episcopi, de sciu pre cineva, cà absentéza? debuindu a fi de facia la Sinodu.

7. Finindu-se tote acestea, Metropolitulu va presentá spre cetire decretele preparate spre Sesiunea I-a si anume:
a) Decretulu deschiderei Sinodului.
b) Decretulu marturisirei Credintiei.
c) Decretulu traiului sub tempulu Sinodului.
d) Decretulu de a nu prejudecá.
e) Decretulu de a nu discede.

8. La tote acestea se va escere consensulu Parintiloru Sinodului; si apoi Metrpolitulu in cointielegere cu Parintii Sinodului va designá dîu'a spre a tiené Sesiunea I-a, carea staverindu-se, se va pune capetu Congregatiunei acesteia preliminarie.

§. 2.

In dîu'a defipta pentru Sesiunea I-a se va tiené cultulu divinu diminéti'a la 8 ½ óre in biseric'a catedrala cu tota solemnitatea, la carea se va procede cu procesiune din Curtea metropolitana.

### Ordulu procesiunei

Va fi urmatoriulu:

a) Va conduce mersulu unu Lectoru cu crucea metropolitana, asistandu doi clerici cu luminarie de doue laturi;
b) Dupa ace'a Teologii seminariali 2 cu 2;
c) Dupa acesti'a Preotii, cari voru fi presenti;



β) Promotores Synodi.
γ) Secretarii Synodi.
δ) Notarii Synodi.
ε) Magister Caeremoniarum Synodi.
ζ) Theologi et Canonistae Synodi.

5. Ad Praesidis mandatum primus secretarius Synodi provocabit Deputatos Capitulorum, ut documenta credentialia suae procurationis producant, quae praesidi exhibita erunt adprobanda.

6. Postea Metropolita interrogabit Synodi Patres Episcopos, utrum aliquem Synodo intervenire obligatum absentem esse sciant.

7. Hisce completis Metropolita praesentabit ad legendum Decreta pro sessione I-a praeparata, videlicet:
a) Decretum de Synodo inchoanda.
b) Decretum de Fidei professione elicienda.
c) Decretum de Modo vivendi durante Synodo.
d) Decretum de non praeiudicando.
e) Decretum de non discedendo.

8. In hisce omnibus exquiretur Patrum Synodi consensus; et consequenter Metropolita de concordia cum Synodi Patribus designabit diem celebrandae I-ae Sessionis; eaque die stabilita, huic Congregationi praeliminari finis imponetur.

§. 2.

Adveniente die pro prima Sessione praestituta, celebrabitur Cultus divinus matutina hora 8 ½ in Ecclesia cathedrali cum omni solemnitate asservandus, ad quem ex aula metropolitana procedetur cum publica procesione.

### Ordo processionis

erit sequens:

a) processionem conducet Lector crucem metropolitanam deferens, cui a latere assistent duo Clerici luminaria tenentes;
b) Postea Theologi seminariales 2. 2. procedentes;
c) Quibus subsequentur Presbyteri praesentes;

c) Càror'a li voru urmá Canonistii si Teologii Sinodului;
e) Apoi Notarii si Secretarii Sinodului;
f) Promotorii Sinodului;
g) Superiorii Monastiriloru chiamati la Sinodu;
h) Deputatii Capituleloru dupa tempulu promovarei Episcopului loru;
i) Prepositii Capituleloru;
k) Diaconii imbracati;
l) Capitululu metropolitanu in corpore, imbracatu cu ornatele sacre;
m) Episcopii in mandía si camilafca;
n) Metropolitulu care va si celebrá s. Liturgia;
N. B. Intrandu Episcopii in Biseric'a catedrala, Corulu va intoná „Éta Preotulu celu mare“ seau „multi ani“.

o) Cei intrati toti voru cuprinde locurile loru in Presbiteriu, Canonicii in stalele canonicale, ér' cei alalti in scaunele profesorale si clericale;

p) Cei ce voru celebrá, voru intrá in altariu; ér' Episcopii voru ocupá scaunele episcopesci: celu dela Orade scaunulu celu mare, celu de Lugosiu scaunulu de langa Iconostasu in drépt'a, si celu de Gherl'a scaunulu de langa Iconostasu in stêng'a;

r) Metropolitulu si-va luá tempulu recerutu spre pregatire; dupa ace'a se va imbracá pre amvonu.

s) Santa Liturgia se va incepe cu: „Imperate cerescu“ cântatu;

t) Dupa finitulu santei Liturgie toti cei, cari nu au locu in Sinodu, voru avé de a esi afara din biserica, ér cei cu locu in Sinodu voru cuprinde locurile sale langa més'a asiediata in presbiteriu, pre carea va fí crucifisu, s. Evangelia si luminarie.

Asiedindu-se toti, Metropolitulu din scaunulu presidialu va tiené cuventarea deschiderei Sinodului;

u) Finindu-se cuventarea, Promotorii voru cere a-se publicá decretulu deschiderei Sinodului provincialu, la care Metropolitulu va demandá a se cetí acelu decretu de catra Secretariulu primariu.



d) hos excipient Canonistae et Theologi Synodi;
e) dein Notarii et Secretarii Synodi;
f) Promotores Synodi;
g) Superiores Monasteriorum vocati ad Synodum;
h) Deputati Capitulorum praecedentes iuxta tempus promotionis Episcoporum suorum;
i) Praepositi Capitulorum;
k) Diaconi suo Ordine fungentes;
l) Capitulum metropolitanum collegialiter et sacro ornatu indutum.
m) Episcopi in mandia et camilafca; quos sequitur
n) Metropolita S. Liturgiam celebraturus.
N. B. Dum episcopi Ecclesiam cathedralem subintraverint, Chorus intonabit „Ecce Sacerdos magnus“ vel „Ad multos annos“.

o) Intrantes omnes occupabunt loca in Presbyterio; et quidem Canonici in stallis canonicalibus, ceteri in scamnis professoralibus et clericalibus;

p) Qui vero celebrare intendunt, intrabunt ad altare; Episcopi autem occupabunt subsellia episcopalia: Varadinensis subsellium maius, Lugosiensis subsellium ad dextram penes Iconostasium, Szamosuivariensis subsellium ad sinistram penes Iconostasium;

r) Metropolita sibi tempus ad praeparationem assumet; dein in suggestu induetur ornatu sacro.

s) S. Liturgia incipiet cum „Veni Sancte Spiritus“.

t) Terminata S. Liturgia omnes, qui in Synodo non habent locum, ex Ecclesia exire debebunt; illi autem, qui in Synodo locum habent, occupabunt loca ad mensam in presbyterio praeparatam, in qua erunt Crucifixus, et S. Evangelia cum luminaribus.

Cunctis iam sua loca occupantibus, Metropolita ex sua sede praesidentiali dicet sermonem Synodi inauguralem.

u) Finito sermone Promotores instabunt, ut Decretum inchoandae Synodi provincialis publicetur. Metropolita igitur mandabit, ut illud Decretum legatur per primum Secretarium.

Dupa finitulu cetirei Secretariulu primariu va intrebá pre Parintii Sinodului: „de Vi place decretulu cetitu despre deschiderea Sinodului provincialu?“ la care respundindu-se: „place“, acel'a va reportá despre acésta Metropolitului, carele va enunciá: „Decretulu de deschidere a placùtu toturoru Parintiloru Sinodului, deci dar' Noi dechiaràmu Sinodulu provincialu de deschisu, si cu acést'a a-si luá inceputulu seu“.

v) Totu asia se voru poté cetí si celelalte decrete, si anume: a) „Decretulu despre depunerea marturisirei credintiei“, dupa a caruia cetire toti membrii Sinodului provincialu voru depune marturisirea credintiei cetita de Secretariulu primu.

N. B. Formul'a marturisirei credintiei va fí cea „Urbaniana“ prescrisa pentru Orientali.

Finindu-se actulu profesiunei credintiei, se voru poté cetí si celelalte decrete si anume: b) Decretulu despre modulu traiului pre tempulu Sinodului, c) Decretulu de a nu prejudecá nimenui sub Sinodu, d) Decretulu de a nu discede dela Sinodu.

x) Dupa cetirea acestor'a, Promotorii Sinodului voru cere a se dispune, cá se se deduca protocolu regulatu despre tote cele intemplate sub Sesiunea presenta. Ce va si dispune Metropolitulu, demandandu Notariloru sinodali, cá se deduca Protocolu regulatu despre tote.

y) Dupa acestea se va deschide usi'a Bisericei, si Metropolitulu va dá binecuventarea pontificala, dupa carea voru esí toti din Biserica, si voru merge ér' cu procesiune pana la Curtea metropolitana, precum au venitu.

§. 3.

In dîu'a urmatoria va fí Congregatiunea genarala a II-a in sal'a Curtei metropolitane, unde fù tienuta si cea preliminaria I-a.

In Congregatiunea acést'a se voru constituí sectiuni seau comisiuni speciale mai multe, caror'a li se voru comunicá proiectele de decrete sinodale prelucrate, asupra caror'a si-voru dá parerile sale, si pre cându voru fí gat'a, se voru tiené Congregatiuni generale, spre a asiediá si deduce decretele sinodale.



Terminata Decreti lectione primus Secretarius interogabit Synodi Patres: „Utrum vobis Decretum de inchoanda Synodo provinciali lectum placeat?“ Atque responso accepto „placet,“ super hoc referet ad Metropolitam, qui ita enunciabit „Decretum de inchoanda Synodo placuit omnibus Synodi Patribus, itaque Nos Synodum provincialem declaramus inchoatam, eamque suum sumere initium“.

v) Pari modo poterunt cetera quoque Decreta legi; et quidem a) „Decretum de Fidei professione eliciendа“, post cuius lectionem omnia Synodi membra recitabunt formulam professionis Fidei per primum Secratarium lectam.

N. B. Formula professionis Fidei erit „Urbaniana“ pro orientalibus praescripta.

Post elicitam Fidei professionem poterunt et reliqua Decreta legi, nempe: b) Decretum de modo vivendi durante Synodo, c) Decretum de non praeiudicando sub Synodo, d) Decretum de non discedendo a Synodo.

x) Cunctis hisce lectis, Promotores Synodi petent disponi, ut protocollum exactum concinnetur de omnibus in praesenti sessione peractis. Hoc ipsum Metropolita Notariis synodalibus iniunget faciendum; ut iidem scilicet super omnibus protocollum deducant ordinatum.

y) Post haec portae Ecclesiae aperientur; et Metropolita dabit benedictionem pontificalem; qua obtenta cuncti discedent ex Ecclesia, reversuri ad aulam metropolitanam modo et ordine quo ad Ecclesiam fuerat processum.

§. 3.

Die sequenti habebitur Congregatio generalis II[a] in Exedra aulae metropolitanae, ubi iam Congregatio I[a] praeliminaris fuerat celebrata.

In hac Congregatione constituentur plures sectiones sive Commisiones speciales, quibus communicabuntur Schemata Decretorum synodalium elucrubata, super quibus illae suas facient observationes: quae cum paratae fuerint, celebrabuntur Congregationes generales, ad effectum constituendi atque concinnandi Decreta synodalia.

Secretariulu primariu totu de a un'a va incunosciintiá Parintiloru Sinodului, barem cu una dî mai inainte, terminulu si dîu'a Congregatiuniloru generale.

§. 4.

Fiendu decretele sinodale concertate, staverite si acceptate despre cativa tituli, se va prefige dîu'a spre Sesiunea a II-a, cá se se publice cele staverite.

Cu acést'a modalitate se va procede totu de a un'a pana la capetulu Sinodului, fiendu Sesiunile publice de a se tiené cu modalitatea indigitata mai susu dupa finirea cultului divinu in Biserica catedrala, care-lu va celebrá totu de a un'a câte unu Episcopu pre rêndu.

In Sesiunile publice Metropolitulu la rogarea Promotoriloru va demandá Secretariului primariu alu Sinodului, cá se cetésca publice Decretele staverite, dupa a caroru cetíre Secretarii Sinodali voru intrebá pre Parintii Sinodului: „de li placu decretele cetite?“ si placêndu la toti, despre ace'a voru referí Metropolitului, carele va enunciá: „multiamita lui Domnedieu“ („charu Domnului“).

N. B. Despre Congregatiunile generale, precum si despre Sesiunile publice, Notarii Sinodului voru avé de a duce protocole formale regulate, cari voru contiené tote cele pertractate.

§. 5.

Sesiunea ultima ér' se va tiené cu solemnitatea celei prime, anumitu cultulu divinu se va celebrá de catra Metropolitulu cu modalitatea tienuta la deschiderea Sinodului. Dupa terminarea S. Liturgie Parintii Sinodului si-voru cuprinde toti locurile loru, si se voru publicá Decretele ultime cu modalitatea dîsa in §. 4; ce fininduse, Promotorii voru cere, cá nefiendu alte lucruri, se se puna capetu Sinodului. La acésta cerere Metropolitulu va demandá a se cetí Decretulu incheiarei Sinodului, dupa a carui cetire Secretariulu Sinodului va intrebá pre Parintii Sinodolui: „déca li place decretulu cetitu?“, si despre resultatu reportandu Metropolitului, acest'a va enunciá: „Parintiloru Sinodului li-a placutu, cá se punemu capetu Si-



Primus Secretarius semper praevie notificabit Patribus Synodi, ad minimum una die antea, terminum et diem celebrationis Congregationum generalium.

§. 4.

Postquam Decreta synodalia discussa, stabilita atque acceptata fuerint super monnullis titulis, praefigetur dies pro Sessione II$^{a}$ celebranda, ut in illa iam stabilita Decreta publicentur.

Hac methodo procedetur semper usque ad finem Synodi; atque sessiones publicae servabuntur modo superius descripto post Cultum divinum in Ecclesia Cathedrali terminatum, quem semper unus Episcopus celebrabit in ordine sequenti.

In sessionibus publicis Metropolita ad instantiam Promotorum demandabit primo Secretario Synodi, ut decreta iam constituta publice perlegat; et post eorum lectionem Secretarii synodales interrogabunt Synodi Patres „Utrum iisdem Decreta lecta placeant?“ Quae si illis placuerint, idipsum referent ad Metropolitam, qui enunciabit „Deo gratias“.

N. B. Super Congregationibus generalibus et Sessionibus publicis Notarii Synodi deducent protocolla formalia ordinata, quae omnia pertractata complectantur.

§. 5.

Sessio ultima iterum celebrabitur cum solemnitate primae sessionis; nempe Cultus divinus perficietur per Metropolitam ordine observato in Synodi inchoatione. In fine S. Liturgiae Synodi Patres occupabunt sua loca, et publicabuntur Decreta ultima, modo in §. 4. indicato; quo peracto, Promotores instabunt, ut quatenus alia obiecta non sint pertractanda, praesenti Synodo finis imponatur. Super hoc Metropolita mandabit legi Decretum de terminanda Synodo, post cuius lectionem Secretarius sinodalis sciscitabitur a Patribus Synodi „Utrum Decretum lectum iisdem placeat?“ Mox responsum referet Metropolitae, qui exinde enunciabit „Patribus Synodi placuit, ut huic Synodo provinciali finis imponatur, Nos igitur

nodului provincialu, deci dara Noi cu acésta punemu capetu Sinodului provincialu, si-lu dechiaramu de incheiatu".

Dupa aceste se voru subscrie actele Synodului, se va tiené cuventarea de incheiare, si se va intoná: „Marire intru cei de susu lui Domnedieu"; — si finindu-se si binecuventarea pontificala, voru esî toti din Biserica, sí voru merge cu procesiune la Resiedinti'a metropolitana, de unde voru discede pana la prandiu, dupa carele fiacare se va poté reintorná la ale sale.

Datu Blasiu in 1 Maiu 1882.

IOANU VANCEA
Archiepiscopu si Metropolitu de Alb'a-Julia.

---

## IV.
B.

### *Oficialii Conciliului.*

**I. Promotorii.**

Illm. si Rvm. D. Andreiu Liviu Canonicu Prelat. dom.
Rvmulu D. Joanu Moldovanu Canonicu.

**II. Secretarii.**

Rvmulu D. Dr. Joanu Ratiu Canonicu.
Rvmulu D. Paulu Vela Canonicu.

**III. Notarii.**

Preaon. D. Gavrilu Popu Protopopu.
Preaon. D. Georgiu Marchisiu Protopopu.
Multuon. D. Eusebiu Cartice Profesoru de SS. Teologia.
Multuon. D. Dr. Alesandru Gram'a Profesoru de SS. Teologia.
Multuon. D. Michailu Perianu Notariu consistorialu.

**IV. Magistrulu Ceremonieloru.**

Preaon. D. Simeonu Popu Mateiu Protonotariu consistorialu, Secretariu metrop.

**V. Teologii Conciliului.**

Rvmii DD. Antoniu Vestemeanu si Paulu Vela, Canonici.
Rvmii DD. Gregoriu Moisilu, Alesandru Micu, Beniaminu Densusianu, Alimpiu Barbuloviciu, Vicari Foranei.
Preaon. D. Alimpiu Blasianu Protopopu.



huic Synodo provinciali praesentibus finem imponimus, eamque clausam declaramus".

Post haec subscribentur Decreta synodalia, et deinde sermo habebitur pro Synodi fine. Tum denique intonabitur „Te Deum laudamus"; — atque benedictione quoque pontificali impartita, exibunt ex Ecclesia omnes, redeuntes cum processione ad residentiam metropolitanam, unde dein discedent usque ad prandium, quo terminato cuncti poterunt regredi ad propria.

Datum Blasii 1 Maii 1882.

IOANNES VANCEA
Archiepiscopus et Metropolita Alba-Iuliensis.

---

## IV.
B.

### *Officiales Concilii.*

**I. Promotores.**

Illms ac Revmus D. Andreas Liviu Canonicus Praelat. dom.
Revmus D. Ioannes Moldovanu Canonicus.

**II. Secretarii.**

Revmus D. Dr. Joannes Ratiu Canonicus.
Revmus D. Paulus Vela Canonicus.

**III. Notarii.**

Revmus D. Gabriel Popu Protopresbyter.
Revmus D. Georgius Marchisiu Protopresbyter.
A. R. D. Eusebius Cartice Professor SS. Theologiae.
A. R. D. Dr. Alesander Grama Professor SS, Theologiae.
A. R. D. Michael Perianu Notarius consist.

**IV. Magister Caeremoniarum.**

Revmus D. Simeon Popu Matei Protonotarius Consist. Secretarius Metrop.

**V. Theologi Concilii.**

Revmi DD. Antonius Vestemeanu et Paulus Vela Canonici.
Revmi DD. Gregorius Moisilu, Alesander Micu, Beniaminus Densusianu, Alimpius Barbuloviciu, omnes Vicarii Foranei.
Revmus D. Alympius Blasianu Protopresbyter.

**VI. Canonistii Conciliului.**

Rvmulu D. Dr. Joanu Ratiu Canonicu.
Preaon. D. Michailu Kökényesdi Protopopu.
Multuon. D. Dr. Alesandru Gram'a Profesoru.
Multuon. D. Michailu Perianu Notariu consist.

**VII. Judii Escusatiuniloru si ai Caintieloru.**

*Presiedinte:*

Illustr. D. Stefanu Moldovanu Prepositu si Prelatu dom.

*Membrii:*

Rvmulu D. Teodoru Kövary Prepositu capitulariu.
Rvmulu D. Joanu Fekete Canonicu.
Multuon. D. Michailu Perianu Notariu consistorialu.

---

**V.**

C.

*Cuventarea inaugurala tienuta de catra Escellenti'a S'a Reverendissimulu Domnu Joanu Vancea de Buteas'a Archiepiscopu si Metropolitu de Alba-Juli'a si Fagarasiu la deschiderea Conciliului provincialu II-le in $\frac{30}{18}$ Maiu 1882.*

Illustrisimi Domni Confrati Episcopi si Venerati in Christosu Frati si Fii!

Déca inainte de acést'a cu 10 ani si anume la 5 Maiu 1872 amu avutu atâte motive de mangaiere spirituala, in câtu cu totu dreptulu amu potutu eschiamá cu Psalmístulu „Acést'a este dîu'a, carea o a facutu Domnulu, cá se ne bucurâmu si se ne desfatâmu intr'ens'a", pentrucà in ace'a dî ni s'a datu Noue dela Domnedieu, cá se potemu deschide primulu Conciliu provincialu dupa restaurarea acestei Metropolie venerande: ce vomu dîce Noi adî Illustrissimi Confrati Episcopi! si Venerati Frati si in Christosu Fii preaiubiti! ce vomu dîce adî! cându din indurarea Preabunului Domnedieu si din grati'a Santului Scaunu Apostolicu ni-se deschide ocasiunea de multu dorita



**VI. Canonistae Concilii.**

Revmus D. Dr. Ioannes Ratiu Canonicus.
Revmus D. Michael Kökényesdi Protopresbyter.
A. R. D. Dr. Alexander Grama Professor.
A. R. D. Michael Perianu Notarius consist.

**VII. Indices Excusationum et Querelarum.**

*Praeses:*

Illustr. D. Stefanus Moldovanu Praepositus et Praelatus domesticus.

*Membra:*

Revmus. D. Theodores Kövary Praepositus Capitul.
Revmus D. Ioannes Fekete Canonicus.
Revmus D. Basilius Popu Canonicus
A. R. D. Michael Perianu Notarius consist.

---

**V.**

C.

*Sermo inauguralis Concilii provincialis ab Excellentissimo ac Reverendissimo Domino Ioane Vancea de Butésa Archiepiscopo et Metropolita Alba-Iuliensi et Fogarasiensi habitus die $\frac{30}{18}$ Maii 1882.*

Illustrissimi Domini Confrates Episcopi et Venerabiles in Christo Frates et Filii!

Si decem abhinc annis, et quidem die 5-a Maii 1872, tanta habuimus spiritualis consolationis motiva, ut jure merito potuerimus cum Psalte exclamare, „Haec est dies, quam fecit Dominus; exultemus et laetemur in ea"; quandoquidem illa die nobis a Domino concessum fuerit, ut post huius venerandae Metropoleos restaurationem primum Concilium provinciale inchoare valuerimus: quid dicemus Nos hodie Illustrissimi Confratres Episcopi, et Venerabiles Fratres et Filii in Christo dilectissimi! Hodie! quando ex benignissimi Dei misericordia et Sanctae Sedis Apostolicae gratia occasio semet Nobis offert

de a vedé incuviintiate Decretele revediute ale Conciliului nostru provincialu primu cá resultatele Consultariloru, ce le-amu avutu in decursulu dîleloru dela 5 pana la 14 Maiu 1872, câtu au duratu acele consultàri.

Ce vomu dîce Noi acum! cându avemu nu numai in necsu adunati cei mai multi articuli de Credintia, ce o au marturisitu si parintii nostri totu de a un'a, cá o norma dejá precisata in modu sistematicu si dedusa cu aparatu scientificu: ci totu odata avemu si Codice bisericescu elucubratu de dupa Canonele, ce erau in viétia si in usu in Biseric'a greca-catolica primeva, in carea Antenatii nostri si-au operatu mantuirea sufleteloru!?

Avemu Codice propriu, dupa care ne potemu conformá in lucrarile nostre pre terenulu vietiei atâtu private câtu si publice bisericesci, precum apriatu enuntia Inaltulu Rescriptu alu Sacrei Congregatiuni de Propaganda Fide dîcêndu: „Cum praeterea Synodus haec Provincialis Codicem legum exhibeat, quibus regi et administrari debeat Ecclesiastica isthaec Provincia immediate Sanctae Sedi subiecta“ [1]). Càci acestu Codice de legi este censuratu si revediutu si cá atare incuviintiatu de Auctoritatea bisericésca suprema, carea in cele de credintia si morala este infalibila, éra in cele ce se tienu de judecat'a ei, este cu potere irrefragabila.

Deci cu ce cuvinte vomu eschiamá mai multi dintre Noi adi? cându ni se dà darulu specialu alu Provedintiei divine, cá Noi, cari din grati'a divina amu luatu parte la Conciliulu nostru provincialu primu, adi se potemu convení la consultari si in alu doile Conciliu provincialu!; cá nu numai se ordinàmu punerea in viétia a Decreteloru aduse in Conciliulu primu, ci totu odata se potemu continuá oper'a salutaria a regularei si organisarei Provinciei nostre bisericesci; si asia se aducemu si alte decrete si asiediaminte, ce s'aru recunósce a mai fí inca necesarie si conducatorie la prosperarea si inflorirea Bisericei nostre.

Intru adeveru! nu se póte nice presupune, cá se nu salte de bucuria si adi animele nostre, cari ne-amu aflatu demni de

[1]) Rescriptulu S. Congreg. de Prop. Fide emanatu la 30 Aprilie 1881 Nr. 4.



diu desiderata videndi Concilii nostri provincialis primi Decreta iam esse recognita, et qua talia fore observanda, utpote resultantia ex consultationibus, quas decursu dierum a 5ª ad 14 Maii 1872 habuimus, quibus eaedem perdurarunt.

Quid dicemus Nos nunc, dum non solum plurimos habemus in unum collectos articulos Fidei, quam et patres nostri profitebantur iugiter, ad normae instar modo systematico determinatae, atque apparatu scientifico deductae; verum etiam Codicem possidemus ecclesiasticum elucubratum ad sensum Canonum, qui in vita et usu fuerant primaevae Ecclesiae graeco-catholicae, in qua Proavi nostri suarum operati sunt salutem animarum?

Possidemus Codicem proprium, cui nosmet in nostris vitae ecclesiasticae tum privatae tum publicae actionibus conformare possumus, quemadmodum Excelsum S. Congregationis de Propaganda Fide Decretum enunciat hisce verbis „Cum praeterea Synodus haec Provincialis Codicem legum exhibeat, quibus regi et administrari debeat Ecclesiastica isthaec Provincia immediate Sactae Sedi subiecta“ [1]). Qui porro Codex ex eo magis observandus est, quod revisioni fuerit subiectus exindeque recognitus ab Auctoritate ecclesiastica suprema, quae in rebus Fidei et morum est infallibilis; in iis autem, quae ad Eiusdem deferuntur iudicium, irrefragabilis esse dignoscitur.

Quibus igitur verbis non exultabimus plures ex Nobis hodie, quando speciale Provindentiae divinae datum est donum, ut qui iam ex divina gratia partem habuimus in Concilio provinciali nostro primo, hodie possimus et ad secundi Concilii provincialis consultationes convenire? Hoc autem quantenus non solum primi Concilii decreta moribus inducere disponeremus, verum etiam opus inceptum ordinationis et constitutionis Provinciae nostrae ecclesiasticae continuare niteremur; taliterque et alia ferremus decreta et statuta, quae adhuc necessaria esse videantur, atque ad prosperitatem et splendorem Ecclesiae nostrae agnoscantur collatura.

Profecto, nec supponi quidem potest, quod corda nostra non exultent prae gaudio, quandoquidem digni inventi simus,

[1]) Decret. S. Congr. de Prop. Fide dat. 30 Aprilis 1881 n. 4.

a luá parte la acést'a adunare marétia a Conciliului nostru provincialu alu II-le.

Nu e cu potintia, cá se nu prorumpemu in laudele marelui Domnedieu, cântându cu sant'a Biserica „Mare esti Domne! si minunate sunt lucrurile tale, si nice unu cuventu nu este destulu spre laud'a minuniloru tale" [1]).

Deci se ne apropiàmu cu insufletîrea posibila de lucrarile, ce ne ascépta, se zelàmu cu tota caldur'a, càci zelulu nostru va fi pentru cas'a Domnului. Si acum inca vomu avé lucruri de mare importantia, vomu pertractá obiecte, dela a caror'a decidere nimerita va depinde nu pucinu bunastarea Dieceseloru, ce ni suntu Noue Archipastoriloru incredintiate in Domnulu.

Asia intre altele, cá se amintescu numai unele, va fí Tractatulu despre Procedur'a observanda in causele matrimoniale si bisericesci civile si criminale; apoi caus'a scoleloru, care e un'a dintre cele mai momentuose cu respectu atâtu la cultur'a poporului, câtu si la interesele vitale ale Bisericei nostre; mai incolo statutele despre administrarea bunuriloru bisericesci si scolastice, cari supeditéza midilocele la serbarea cultului divinu, la promovarea invetiamentului, si la subsistinti'a functionariloru bisericesci si scolastici.

Totu sub durat'a Consultariloru nostre vomu luá la desbatere si alte objecte, precum se póte vedé din conspectele agendeloru conciliarie; cari tote considerate si numai in sine de dupa importanti'a loru si fora respectu la insemnatatea, ce o au cu referire la cerintiele Dieceseloru nóstre, inca meritéza tota ardorea zelului, de carele suntemu insufletîti!

Cumcà acestu zelu nu va relasá din ardorea cuvenita sub tota durat'a lucrariloru, ce vomu se le avemu, ni dau garantia suficienta: insufletîrea, energi'a si activitatea neobosita, cari tote fura comprobate si sub pertractarile Conciliului nostru provincialu primu. Nu me indoiescu, cà cu cari insusiri pretiose ati zelatu si atunci toti, cari ati luatu parte activa la acel'a,

---

[1]) Cant. la botezulu Domnului.



qui in hoc quoque secundo Concilio provinciali optatissimam nunc partem habeamus.

Non est possibile non extollere vocem ad Magni Dei laudes cum S. Matre Ecclesia concinendo „Magnus es Domine! et mirabilia opera tua, et nullum verbum sufficit ad magnalium tuorum laudes" [1]).

Accedamus ergo maximo cum ardore ad opus, quod nos expectat; atque omni cum fervore zelemus, dum zelus noster pro domo Domini impenditur. Nam hac quoque vice erunt Nobis magni momenti res peragendae; nunc etiam habebimus ad pertractandum obiecta, a quorum congrua decisione dependebit non parum prosperitas Dioeceseon, quae Nobis Archipastoribus a Domino concreditae sunt.

Ita inter alia, ut tantum nonnulla eorum attingamus, erit Tractatus de Procedura in causis matrimonialibus, item in ecclesiasticis, civilibus et criminalibus observanda; dein causa scholarum, quae una est ex momentosissimis tum respectu culturae populi, cum et relate ad vitale Ecclesiae nostrae incrementum; praeterea erunt Statuta condenda super administratione bonorum ecclesiasticorum et scholasticorum, quae media suppeditant necessaria tum ad Cultus divini celebrationem, tum ad institutionem promovendam, prouti etiam ad virorum ecclesiasticorum et docentium subsistentiam protuendam.

Sub harum nostrarum Consultationum decursu assumentur pertractanda alia quoque obiecta, quemadmodum ex agendorum synodalium conspectibus videri potest; quae omnia etiam seorsim ac tantum in se, pro sua gravitate considerata, et absque ullo ad Dioecesium nostrarum exigentiam respectu, illum merentur vivum zelum, quo inflammati sumus.

Quod autem isthic zelus per totum pertractationum nostrarum decursum nihil sit e suo ardore remissurus, fiduciam Nobis praebent certissimam tum studium, tum indefessa activitas, quibus omnia in Concilii nostri provincialis primi decursu apprime fuerunt ad exitum perducta. Haud equidem ambigo, quod quibus pretiosis requisitis zelastis et tunc omnes, qui activam in eodem sumpsistis partem, hisce iisdem et nunc eritis cooperaturi ad

---

[1]) Canticum in Festo Epiphan. Domini.

cu acelea-si insusîri veti fí si acum confaptuitori la resultatele lucrariloru, ce, precum cu pietate speramu, ni le va „binecuventá Preabunulu Domnedieu dupa multa indurarea sa“.

De acést'a indurare avemu Noi lipsa inainte de tóte, pre carea insa o vomu poté sperá cu incredere filiala atunci, deca:

I. in lucrarile nostre vomu fí condusi de intentiune curata, tientita spre marirea lui Domnedieu, precum ne indémna Santulu Apostolu Pavelu dîcundu: „Ori ce veti face, tote le faceti spre marirea lui Domnedieu“ [1]); apoi déca intentiunea nostra va fí cu privire si la mantuirea sufleteloru, dupa dîs'a Santului Gregoriu Marele, carele scrie: „Nullum Omnipotenti Deo tale sacrificium, quale est zelus animarum“ [2]).

Asia ne invétia si alti SS. Parinti, intre cari S. Augustinu dîcundu: „Quod non bona intentione facis, non tibi proderit, quia quomodo feceris, non quomodo evenerit, tibi imputatur“ [3]). Éra Santulu Gregoriu M. dîce: „Si mens forti intentione in Deum dirigitur, quidquid in hac vita sibi amarum fit, dulce aestimat, omne, quod affligit, requiem putat“ [4]). Si S. Bernardu: „Ad laborem cum veneris, sic temperabis opus agendum, ut sollicitudo operis intentionem animi tui ab iis, quae Dei sunt, non avertat“ [5]).

II. Vomu poté sperá binecuventarea Domnului, déca vomu lucrá cu voia tare si anima buna, càci atari lucrari voru se aiba referintia si la calea spre eternitate; despre unele cá aceste se póte aplicá, ce dîce S. Hieronimu: „Nullus labor durus, nullum tempus videri longum debet, quo gloria aeternitatis acquiritur“ [6]). Si S. Gregoriu Marele aseveréza: „Nihil offertur Deo ditius bona voluntate. Voluntas autem bona est sic de prosperitate proximi, sicut de nostro profectu gratulari, aliena lucra nostra deputare, amicum non propter mundum, sed prpter Deum diligere, . . . necessitati proximi iuxta vires occurrere, prodesse et ultra vires velle“ [7]).

III. Ajutoriulu Domnului si binecuventarea sa o vomu poté sperá la lucrarile nostre, si vomu poté asteptá cu in-

[1]) S. Paul. I. Corinth. 10. v. 31. — [2]) S. Greg. M. hom. 22. super. Ezech. — [3]) S. August. Tract. in Cap. 6. S. Math. — [4]) S. Greg. M. Lib.



felicem nostrorum laborum exitum, quibus Benignissimus Deus, uti pie speramus, est benedicturus secundum multitudinem miserationum suarum.

Hac Dei benedictione indigemus Nos ipsi prae omnibus, quam vero solummodo tunc poterimus filiali cum fiducia sperare, si:

I. in pertractationibus nostris fuerimus perducti pura intentione ad Dei gloriam directa, quemadmodum Nos Apostolus S. Paulus monet dicens „Sive aliquid facitis, omnia in gloriam Dei facite“ [1]); praeterea si intentio nostra respiciat etiam ad animarum salutem, iuxta effatum S. Gregorii Magni, qui hac super re ita scribit „Nullum Omnipotenti Deo tale sacrificium, quale est zelus animarum“ [2]).

Eadem nos edocent et alii SS. Patres, quos inter S. Augustinus scribens „Quod non bona intentione facis, non tibi proderit, quia quomodo feceris, non quomodo evenerit, tibi imputatur“ [3]). S. Gregorius M. autem dicit „Si mens forti intentione in Deum dirigitur, quidquid in hac vita sibi amarum fit, dulce aestimat, omne, quod affligit, requiem putat“ [4]). S. Bernardus inquit „Ad laborem cum veneris, sic temperabis opus agendum, ut sollicitudo operis intentionem animi tui ab iis, quae Dei sunt, non avertat“ [5]).

II. Poterimus sperare benedictionem a Domino, si nosmet laboribus suscipiendis accinxerimus firma cum voluntate et hilari animo; quia huiusmodi labores viam ad aeternitatem quoque respiciunt; de talibus enim potest praedicari, quod dicit S. Hieronymus „Nullus labor durus nullum tempus videri longum debet, quo gloria aeternitatis acquiritur“ [6]). Sanctus autem Gregorius M. confirmat: „Nihil offertur Deo ditius bona voluntate. Voluntas autem bona est sic de prosperitate proximi, sicut de nostro profectu gratulari; aliena lucra nostra deputare, amicum non propter mundum, sed propter Deum diligere; . . . necessitati proximi iuxta vires occurrere, prodesse et ultra vires velle“ [7]).

III. Adiutorium Domini atque benedictionem poterimus sperare in nostris laboribus, et cum fiducia expectare etiam

Moral. — [5]) S. Bernard. in Doctr. — [6]) S. Hier. Epist. ad Nepot. — [7]) S. Greg. M. Hom. 5. Evang.

credere si resplat'a meritata, déca vomu lucrá cu studiu si meditatiune, cu asiduitate si perseverantia, precum dîce unu scriitoriu bisericescu: „Sicut enim aequum est desidiosis laborantium praemia denegare; ita convenit . . . operantibus remunerationes optatas concedere“ [1]). Nimeritu vorbesce despre resplat'a lucrului si Valeriu scriindu: „Haec est magnarum ratio virtutum, ut quanto plus homo laborat, tanto plus mercedis acquirat“ [2]).

Se urmamu insa si esemplulu Parintiloru din Conciliulu nostru Provincialu primu, cari de dî de nopte s'au ocupatu cu lucrurile conciliarie, au meditatu in cele sante, au studiatu cu diligintia, si au lucratu cu asiduitate, cu unu cuventu au cercatu calea adeverului, si au urmatu totu, ce pote duce la prosperarea causei sacre.

In modulu acest'a si prin nisuintiele nostre de acum vomu poté obtiené resultate cá acele, cari se meriteze a fî adause catra cele, ce le-a produsu Conciliulu nostru primu, cari si ele se contribue nu puciuu la prosperarea bunei stari a Bisericei nostre, sî in specie a Dieceseloru, ce constituescu provinci'a nostra bisericésca, carea din indurarea lui Domnedieu si grati'a Santului Scaunu Apostolicu este nu numai intemeiata, si constituita cu dependintia numai dela S. Scaunu Apostolicu: ci este in cea mai mare parte si organisata dejá; si lipsesce numai, cá prin lucrarile Conciliului provincialu presinte se se suplinésca ace'a, ce mai restédia, cá asia in câtu ar' fî cu potintia, se se deplinésca oper'a marétia a edificarei Sionului in acést'a parte a viniei Domnului Savaoth.

Acést'a o receru imperativu si cercustarile deplorabile ale tempului, in carele traimu, carele fiindu-i dîlele rele, provoca cea mai agera activitate din partea toturoru, cari au chiamare a lucrá in vini'a Domnului, de odata inse face necesaria si solidaritatea acelor'a in tote lucràrile; cá toti se lucramu cu poteri unite, càci unulu este Domnulu, a carui lucratori suntemu, un'a este si tient'a, la carea nesuimu, acele ni sunt si interesele, si omogene si cercurile de activitate, in

[1]) Cass. Lib. 4. —



promeritam mercedem, si operati fuerimus cum studio et meditatione, cum assiduitate et perseverantia; quia prouti quidam scriptor ecclesiasticus dicit „Sicut enim aequum est, desidiosis laborantium praemia denegare; ita convenit . . . operantibus remunerationes optatas concedere“ [1]). Apposite loquitur de laborum praemio et Valerius aiens „Haec est magnarum ratio virtutum; ut quanto plus homo laborat, tanto plus mercedis acquirat“ [2]).

Sequamur praeterea praedecessorum nostrorum in primo Concilio provinciali exemplum, quippe qui diu noctuque laboribus incumbebant synodalibus, super rebus sacris meditando, atque diligenter studendo, et cum assiduitate operando; uno verbo vias veritatis indagantes amplectebantur quidquid ad rei sacrae prosperitatem conferre videretur.

Hac equidem ratione ex hisce nostris studiis talia possumus obtinere compendia, ut pro merito illis adiungi mereantur, quae primum Nostrum Concilium produxit; quae et ipsa non parum contribuant ad prosperitatem Ecclesiarum nostrarum. Quemadmodum enim opitulante Dei misericordia et Sanctae Sedis Apostolicae favore, haec nostra ecclesiastica Provincia nedum fundata et instructa existit cum dependentia a sola Sede Apostolica, sed maxima ex parte iam etiam composita est et ordinata, ita nunc hoc unum videtur desiderandum ut laboribus praesentis Concilii nostri provincialis suppleatur, quod adhuc manet implendum; ut nimirum sublime aedificationis Arcis Sion opus in hac parte vineae Domini Sabaoth, quoad fieri possit, ad supremum fastigium perducatur.

Hoc ipsum exigunt vehementer etiam gravissima temporis, in quo vivimus, adiuncta; quae ob pericula animarum in dies ingruentia indefessam provocant activitatem illorum, qui vocationem habent in vinea Domini operandi. Una vero et solidaritatem eorundem reddunt necessariam in omnibus peragendis ita, ut omnes operemur viribus coniunctis, siquidem unus est Dominus, cuius operarii sumus, unus est scopus, ad quem tendimus, idem est opus et homogenea activitatis sphaera, in qua laboramus; quae omnia exequimur tamquam Ministri

[2]) Valer. in Serm.

cari operamu; cari tote le facemu cá Ministri ai Santei Maice Biserice, despre care S. Augustinu dîce „Ecclesia in commune orat, in commune operatur, in commune tentatur“ [1]).

Comune ni sunt tote, dara tocma asia identici sunt si auctorii lupteloru nostre, cari fiendu inimici ai adeverului revelatu, si contrari moralei crestine, cu poteri unite si cu staruintie neadormite se silescu nunumai a seduce pre cei nepriceputi, si a corumpe pre cei necauti, ci se nesuescu cu tote incordarile a atacá si pre ins'a-si column'a adeverului si fortareti'a virtutei crestine, ce este Biseric'a catolica, neconsiderandu ei afidarea, ce i-o a facutu Domnulu nostru Isusu Christosu „Cà nice portile iadului nu o voru invinge pre ea“ [2]). „Càci Domnulu este cu ea pana la capetulu veacului“ [3]).

Si cá, dupa cum ei speréza in daru, se-si pota ajuuge scopulu infioratoriu, 'si-indrépta tota vehementi'a furiei nedumerite asupra Sacrului Capu alu Bisericei lui Christosu, in contr'a Vicariului seu aici pre pamentu, precum o deplange insusi Santi'a Sa Sumulu Pontifice Vicariulu lui Christosu Pap'a Leonu XIII-le in Epistol'a encyclica indreptata catra Archiepiscopii si Episcopii Italiei dicundu: „Quibus quidem . . . conceptum adversus Ecclesiam odium explere procaci iniuria volunt, Romanoque Pontificatu in ipsa Sede sua lacessendo funestas belli faces proxime admovere. Dubitandum profecto non est, quin impios hominum conatus Ecclesia aliquando victrix effugiat; certum tamen exploratumque est, his artibus eos hoc assequi velle, una cum Capite totum Ecclesiae corpus afficere, et religionem, si fieri possit extinguere“ [4]).

Inimicii numelui lui Christosu le facu tote aceste in cugetulu animeloru depravate, cà déca va succede a combate pre pastoriu, turm'a de sine se va risipí; nebagandu in séma ace'a, cà acésta turma este scutita de man'a Aceluia, Carele a dîsu: „Oile mele asculta cuventulu meu, si eu le cunoscu pre ele, si ele 'mi urméza mie, si eu li dau loru viétia eterna, si nu voru perí in veci; si nime nu le pote rapí pre ele din man'a mea“ [5]).

[1]) S. Aug. de Fide ad Petrum. — [2]) S. Math. cap. 16 v. 18. —



Sanctae Matris Ecclesiae, de qua S. Augustinus scribit „Ecclesia in commune orat, in commune operatur, in commune tentatur“ [1]). Omnia nobis communia sunt.

At vero etiam auctores luctarum nostrarum sunt identici, qui cum veritatis revelatae sint inimici, atque moralitatis adversarii, hinc viribus unitis, et nisibus non intermissis conantur non solum simplices seducere, atque incautos corrumpere, imo vero ipsam quoque veritatis columnam atque moralitatis christianae praesidium, quod est Ecclesia catholica, omni virium suarum contentione aggredi. Sed insani sunt, quia nihili pendent promissionem a Domino nostro Jesu Christo Ecclesiae factam, quod „portae inferi non praevalebunt adversus eam“ [2]) et alio loco „Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi“ [3]).

Ut autem iidem, quod in vanum sperant nefandum suum valeant assequi scopum, omnem furoris implacabilis vehementiam contra sacrum Ecclesiae Christi Caput dirigunt; hoc est adversus ipsius Dei Vicarium, quemadmodum hoc Sua Sanctitas Summus Pontifex Christi Vicarius Papa Leo XIII in Epistola encyclica ad Archiepiscopos et Episcopos Italiae directa deplorat his verbis „Quibus quidem . . . conceptum adversus Ecclesiam odium explere procaci injuria volunt, Romanoque Pontificatu in ipsa Sede sua lacessendo funestas belli faces proxime admovere. Dubitandum profecto non est, quin impios hominum conatus Ecclesia aliquando victrix effugiat; certum tamen exploratumque est, his artibus eos hoc assequi velle, una cum Capite totum Ecclesiae corpus afficere, et religionem, si fieri possit, estinguere“ [4]).

Inimici nominis Christi haec moliuntur in cordium suorum depravatione, sperantes, quod si potuerint pastorem percutere, grex exinde a se ipso dispergetur, non attendentes, quatenus grex isthic manu Eius protegatur, qui dixit „Oves meae vocem meam audiunt et ego cognosco eas, et sequuntur me. Et ego vitam aeternam do eis; et non peribunt in aeternum, et non rapiet eas quisquam de manu mea“ [5]).

[3]) S. Math. c. 28. v. 20. — [4]) Sum. Pontif. Leo XIII Epist. encycl. 15 Feb. 1882. — [5]) S. Joan. c. 10 v. 27—29.

Intru adeveru! déca cautamu in tote partile, ne convingemu, cà lumea de acum este forte rea, e plina de viclenia si de coruptiune, plina de curse, de atacuri si de lupte, plina de asupriri si de strêmbatate. Se pare, cà acum sunt dîlele tempului, ce l'a accentuatu S. Augustinu pre câtu de scurtu pre atâtu de nimeritu cu cuvintele „Ecce ruinosus mundus est“ [1].

Éra mai pre largu a descrisu S. Bernardu dîlele nostre in cualitatea dîleloru tempului seu, dîcundu: „Mundus est, ubi malitiae plurimum, ubi sapientiae modicum, ubi omnia sunt viscosa, omnia lubrica, omnia operta tenebris et obsessa laqueis, ubi periclitantur animae, affliguntur corpora, ubi omnia vanitas et afflictio spiritus“ [2].

Dîlele nostre sunt dîlele deplorate si de S. Profetu Joilu, care dîce: „Confusum est gaudium a filiis hominum“ [3].

Aceste ni dau a cunosce, cà déca a fostu canduva necesaria implorarea intercesiunei Santiloru lui Domnedieu, ace'a cu adeveratu ni este Noue de lipsa in dîlele acestea, si cu deosebire la ocuparile, ce ne astépta intre valurile atâtoru rele; cá prin intercederea Santiloru se potemu capetá ajutoriulu divinu, ce póte noi de noi nu l'amu meritá, càci precum ni spune si S. Bernardu: „Summopere desideranda sunt suffragia Sanctorum, ut quod possibilitas nostra non obtinet, eorum intercessione donetur“ [4].

Cu Santii de-impreuna se ne rogamu si noi Preasantei Treimi, Tatalui, cá se ni dée darulu intieleptiunei, Fiului, cá se ni tramita ajutoriulu seu, si Spiritului Santu, cá se ni impartasiésca lumin'a cunoscintiei; cà éta! precum dîce totu acelu Santu Parinte: „Spiritus paraclitus dat pignus salutis, robur vitae, scientiae lumen, . . . ut quod per naturam tibi est impossibile, per gratiam Eius non solum possibile, sed etiam facile fiat lumen scientiae“ [5].

Éra S. Leo M. dîce: „O! quam velox est sermo sapientiae; ubi Deus magister est, cito discitur, quod docetur“ [6].

---

[1]) S. Aug. in quod Serm. — [2]) S. Bern. in Serm. — [3]) Proph. Joël 1. v. 12. — [4]) S. Bernard. ibidem. — [5]) Idem Serm. 2. Pentec. — [6]) S. Leo M. Serm. Pentec.



Profecto, si attente circumspiciamus, facile convincimur mundum hodiernum esse omnino in maligno positum, esse fraudis plenum et corruptionis, plenum insidiarum, adgressionum et pugnarum, plenum oppressionum et iniquitatis. Ita ut videretur, ac si hodiedum essent dies illius temporis, quod S, Augustinus concise et sapienter disignavit his verbis „Ecce ruinosus mundus est“ [1].

Fusius vero adumbravit dies nostros in exemplo dierum temporis sui S. Bernardus dicendo „Mundus est, ubi malitiae plurimum, ubi sapientiae modicum; ubi omnia sunt viscosa, omnia lubrica, omnia operta tenebris et obsessa laqueis; ubi periclitantur animae, affliguntur corpora ubi omnia vanitas, et afflictio spiritus“ [2].

Dies nostri temporis sunt dies iam deplorati a S. propheta Joël dicente „Confusum est gaudium a filiis hominum“ [3].

Haec omnia probe nos edocent, quod si aliquando necessarium fuerit implorare intercessionem Sanctorum Dei, hoc ipsum nunc temporis est summopere necessarium, cum in primis ad occupationes quae nos in tanta malorum colluvie expectant, convertimur, ut sic per Sanctorum intercessionem possimus divinum consequi adiutorium, quod per nosmetipsos non mereremur; quia uti S. Bernardus dicit „Summopere desideranda sunt suffragia Sanctorum, ut quod possibilitas nostra non obtinet, eorum intercessione donetur“ [4].

Cum Sanctis Dei exoremus etiam Sanctissimam Trinitatem; Patrem quidem, ut nobis donum sapientiae tribuere, Filium autem, ut nobis auxilium suum mittere, et Spiritum Sanctum, ut nobis scientiae lumen communicare dignetur; quia sicut idem S. Pater dicit Spiritus paraclitus dat pignus salutis, robur vitae, scientiae lumen . . . ut qod per naturam tibi est impossibile, per gratiam Eius non solum possibile, sed etiam facile fiat lumen scientiae“ [5].

S. Leo M. vero ait „O quam velox est sermo sapientiae; ubi Deus Magister est, cito discitur, quod docetur“ [6].

Si cu acestea pregatindu-ne la resolvirea problemeloru maretie, ce ni astépta activitatea, se pasîmu la lucrare!; spre ce scopu si dechiaràmu de deschisu Conciliulu nostru provincialu alu II-le in numele Tatalui si alu Fiului si alu Spiritului Sântu! Aminu!

---

## VI.

### D.

---

### *Decretulu de deschidere a Sinodului provincialu.*

In numele Preasantei si Nedespartitei Treimi, a Tatalui si a Fiului si a Spiritului Santu.

Noi Joanu Vancea de Buteas'a Archiepiscopulu si Metropolitulu de Alb'a-Julia si Fagarasiu etc. etc. etc.

Spre laud'a si marirea Preasantei Treimi a unui Domnedieu in fiintia si trinu in persone Tatalu si Fiulu si Spiritulu Santu, — in onorea nemaculatei Domnei nostre Nascatorei de Domnedieu si totu deaun'a Vergure Mari'a, — a Santului Josifu Sponsului Preacuratei Vergure, — a Santului Joanu Botezatoriulu, — a Santiloru Apostoli Petru si Paulu, — si a toturoru Santiloru lui Domnedieu, — intru decorea si emolumentulu Santei Maice Biserice catolice, si intru prosperarea Santei Uniri si comuniuni cu Santulu Scaunu Apostolicu.

Dupa vointi'a si oftarea Prealuminatiloru Parinti Episcopi comprovinciali ai Provinciei nostre bisericesci greco-catolice romane de Alb'a-Julia si Fagarasiu statorimu si decretàmu, cá Sinodulu provincialu II-le alu acestei Provincie bisericesci, dupace pre acel'a cu auctoritatea nostra metropolitana l'amu fostu convocatu mai inainte, se-si ieia inceputulu seu in dîu'a de adi, adeca in 30 Maiu 1882 st. n.; precum pre acel'a-lu si dechiaramu de deschisu si inceputu in acést'a dî.

Atotu-potintele Domnedieu Tatalu se se indure a ni impartasí noue intieleptiunea asistrice Scaunului seu; Domnedieu Fiulu se fia in midiloculu nostru si se conduca lucrarile nostre, Domnedieu Spiritulu Santu se ne lumineze cu lumin'a darului seu celu santu. Amin.

---



His itaque nos suffulti auxiliis ad notabilium problematum, quae nostram sollicitudinem exigunt, resolutionem accedamus; in quem scopum praesens nostrum Concilium provinciale II$^{um}$ hisce inchoatum declaramus, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti! Amen!

---

## VI.

### D.

---

### *Decretum de inchoanda Synodo provinciali.*

In nomine Sanctissimae et Individuae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Nos Joannes Vancea de Buteas'a Archiepiscopus et Metropolita Alba-Juliensis et Fogarasiensis etc. etc. etc.

Ad laudem et gloriam Sanctissimae Trinitatis unius Dei in essentia et trini in personis Patris et Filii et Spiritus Sancti; in honorem Immaculatae Dominae Nostrae Deiparae Virginis Mariae, — Sancti Josephi Sponsi Purissimae Virginis, — Sancti Joannis Baptistae, — Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et Omnium Sanctorum Dei, — in decus et incrementum Sanctae Matris Ecclesiae Catholicae, et in prosperitatem sacrae Unionis et Communionis cum Sancta Apostolica Sede.

Conformiter voluntati et desiderio Illustrissimorum Patrum Episcoporum comprovincialium Provinciae Nostrae ecclesiasticae graeco-catholicae romanae Fogarasiensis et Alba-Juliensis statuimus et decernimus, ut provincialis huius ecclesiasticae Provinciae Synodus II$^{a}$, postquam eamdem iam prius auctoritate nostra Metropolitana convocaverimus, hodierna die scilicet 30$^{ma}$ Maii 1882 sumat initium; prouti eadem in praesens apertam et inchoatam esse declaramus.

Omnipotens Deus Pater dignetur participes nos efficere sapientiae Throno Eius assistentis; Deus Filius in medio sit nostri et opera dirigat; Deus Spiritus Sanctus illuminet nos lumine gratiae suae sanctae. Amen.

---

## VII.

E.

*Decretulu despre marturisirea credintiei.*

In Numele Preasantei si Nedespartitei Treimi, a Tatalui si a Fiului si a Spiritului Santu.

Noi Joanu Vancea de Buteas'a Archiepiscopulu si Metropolitulu de Alb'a-Julia si Fagarasiu etc. etc. etc.

Domnulu nostru Isusu Christosu dîce in sant'a sa Evangelia: „Totu celu ce me va marturisí pre mine naintea omeniloru, si eu-lu voiu marturisí pre elu inaintea Parintelui mieu, carele este in ceriuri" [1]); éra Santulu Apostolu Pavelu ne invétia, „cà cu anim'a se crede spre dreptate, si cu gur'a se marturisesce spre mantuire" [2]). Deci este lucru salutariu a marturisí credinti'a, cându si unde se recere; inse noi si altucum avendu cea mai sacra datorintia de a vighiá cu tota sollicitudinea apostolica, cá Credinti'a, ce o marturisesce Sant'a Biserica catolica, se fia tienuta si conservata intreaga si neschimbata in tota Provinci'a nostra bisericésca, este intru adeveru neaperatu de lipsa, cá pastorii sufletesci si intre acesti'a Archipastorii respectivi se dée esemple si dovedi despre puritatea si intregitatea credintiei loru totu de a un'a, cându se recere acést'a.

Asiadara este lucru cuvenintiosu, cá si in momentele aceste solemne Prealuminatii Parinti Episcopi si ceilalti membrii ai acestui Sinodu inca se faca inceputulu lucrariloru sale cu marturisirea credintiei catolice, ce o credu si o profeséza, dîcundu: Eu s. c. a.

---

[1]) Math. X. 32. —



## VII.

E.

*Decretum de professione fidei.*

In Nomine Sanctissimae et Individuae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Nos Joannes Vancea de Buteas'a Archiepiscopus et Metropolita Alba-Juliensis et Fogarasiensis etc. etc. etc.

Dominus Noster Jesus Christus dicit in sancto suo Evangelio: „Omnis, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui in caelis est" [1]). Sanctus Apostolus Paulus nos edocet aiens: „Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem" [2]). Opus itaque salutare est, fidem quando et ubi requiratur, profiteri; caeteroquin et officium habemus, cum omni sollicitudine apostolica invigilandi, ut fides, quam Sancta Ecclesia catholica profitetur in tota Provincia nostra ecclesiastica, integra inviolataque teneatur et conservetur; proin est omnino necessarium, ut animarum Curatores, et inter hos respectivi Archipastores exempla et testimonia puritatis et integritatis suae fidei, quoties hoc exigitur, praebeant.

Conveniens ergo est, ut hisce etiam solemnibus momentis Illustrissimi Patres Episcopi et reliqua membra huius Synodi initium laborum suorum sumant a professione fidei catholicae, quam credunt et profitentur, dicentes: Ego etc.

---

[2]) Rom. X. 10.

## VIII.

### F.

*Decretulu despre modulu vietiei sub tempulu Sinodului provincialu.*

In Numele Preasantei si Nedespartitei Treimi, a Tatalui si a Fiului si a Spiritului Santu.

Noi Joanu Vancea de Buteas'a Archiepiscopulu si Metropolitulu de Alb'a-Julia si Fagarasiu etc. etc. etc.

Fiindu-cà noi, precum ne invétia Sant'a Scriptura, „nu potemu face nimica de noi cá dela noi, ci tota suficienti'a nostra e dela Domnedieu" [1]), este neaperatu de lipsa, cá nu numai tote lucrarile nostre se fia indreptate spre marirea lui Domnedieu, ci cá si ajutoriulu de a preface, ce e bunu si salutariu, inca se fia cerutu dela Parintele luminiloru, „dela carele vine tota darea cea buna si totu darulu deplinitu" [2]). Dreptu ace'a sub totu tempulu deprinderiloru nostre sinodale se ne intorcemu cu rogatiuni ferbinti catra Prea bunulu Ddieu, cá se se indure, se dée osteneleloru nostre incrementu sie-si bineplacutu.

Si cá cererile nostre se fia mai placute Domnului, se ve nisuiti toti, cá tote virtutile, cari vi-au respanditu odóre bineplacuta in calea edificarei morale de pana acum, sub totu tempulu acestui Sinodu provincialu se relucésca inca si mai deplinitu; cá asia „omenii vediendu faptele vostre cele bune", pre cari le ascépta cu totu dreptulu dela cei chiamati in sortea Domnului, „se preamarésca pre Tatalu vostru, carele este in ceriuri" [3]).

Deci agendele nostre afara de Sinodu se fia: rogatiunea, ascultarea cultului divinu, serbarea Santei Liturgie si deprinderea in faptele indurarei.

---

[1]) II. Corint. III. 5.



## VIII.

### F.

*Decretum de modo vivendi tempore Synodi provincialis.*

In Nomine Sanctissimae et individuae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Nos Ioannes Vancea de Buteas'a Archiepiscopus et Metropolita Alba-Iuliensis et Fogarasiensis etc. etc. etc.

Quum nos, uti divinae edocent Litterae „non sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est" [1]), hinc omnimodo est necessarium, non modo omnia nostra opera ad Dei gloriam dirigere, verum etiam, ut ad opus bonum et salutare perficiendum, adiutorium postuletur a Patre luminum, a quo „descendit omne datum optimum et omne donum perfectum" [2]). Idcirco in toto nostrarum synodalium occupationum tempore ad Deum Optimum Maximum orationibus ferventibus nos convertamus, ut incrementum sibi beneplacitum laboribus nostris tribuere dignetur.

Et ut petitiones nostrae Deo magis acceptabiles sint, conamini, ut omnes virtutes, quae odorem acceptabiles hucusque in via aedificationis moralis emiserunt, tempore huius Synodi provincialis adhuc plenius elucescant; ita ut videntes homines opera vestra bona, quae omni iure exigunt iis, qui in sortem Domini vocati sunt, glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est[3]).

Itaque agenda nostra extra Synodum sint: oratio, auditio cultus divini, S. Missae celebratio, et exercitium operum misericordiae.

---

[2]) Ep. Jacobu I. 17.

[3]) Math. V. 16.

XI.
G.

*Decretulu de a nu discede.*

In Numele Preasantei si Nedespartitei Treimi, a Tatalui si a Fiului si a Spiritului Santu.

Noi Joanu Vancea de Buteas'a Archiepiscopulu si Metropolitulu de Alb'a-Julia si Fagarasiu etc. etc. etc.

Fiindu-cà toti Episcopii comprovinciali au dreptu dara si obligatiune de a intrefí acestui Conciliu provincialu, ce este convocatu pre calea si in form'a s'a, pentru ace'a pre toti Prealuminatii Episcopi adunati la acestu Sinodu ii rogamu si obtestamu in Domnulu, cá nice unulu se nu se departe dela acestu Sinodu pana ce acelui'a nu i se va pune capetu dupa modalitatea indatinata. Inse avendu causa fundata spre departare, carea s'ar recunósce si aprobá si de Noi, dupa departarea s'a se-si constitue procuratoru istetiu, carele in numele densului si a Bisericei catedrale se primésca si se subscrie tote decretele si constitutiunile acestui Sinodu provincialu.

Totu odata admoniamu in Domnulu si pre toti ceialalti membrii ai acestui Sinodu, cá nice unulu dintre densii inca se nu disceada dela acel'a pana la capetulu, ce i se va pune dupa modulu prescrisu; ci avendu careva causa fundata spre departare, ace'a se o propuna mai antâiu Judiloru sinodali de escusatiuni, si numai dupa incuviintiarea acestor'a si dupa aprobarea nostra se va poté intemplá departarea.

X.
H.

*Decretulu de a nu prejudecá.*

In Numele Preasantei si Nedespartitei Treimi, a Tatalui si a Fiului si a Spiritului Santu.

Noi Joanu Vancea de Buteas'a Archiepiscopulu si Metropolitulu de Alb'a-Julia si Fagarasiu etc. etc. etc.

De-cumva s'ar' fí têmplatu, cá unulu seau altulu careva se intrefia acestui Sinodu fara a avé dreptu la ace'a, seau



IX.
G.

*Decretum de non discedendo.*

In Nomine Sanctissimae et Individuae Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Nos Ioannes Vancea de Buteas'a Archiepiscopus et Metropolita Alba-Iuliensis et Fogarasiensis etc. etc.

Cum omnes comprovinciales Episcopi ius et officium huic Synodo legitime convocatae interveniendi habeant; eosdem Illustrissimos Episcopos comprovinciales in hac Synodo congregatos enixe rogamus et obtestamur in Domino, ut ab hac Synodo, usque dum iuxta morem ipsi finis non imponatur, nullus discedat.

Causam autem fundatam discendendi, quae a Nobis recognoscenda et approbanda erit, habentes, post discessum procuratorem idoneum constituant, qui suo et Ecclesiae cathedralis nomine acceptet et subscribat omnia decreta et constitutiones huius provincialis Synodi.

Una simul et alia omnia membra eiusdem Synodi monemus in Domino, ut neque eorum quisquam ab hac Synodo discedat, usque dum ipsi iuxta modum praescriptum finis imponatur; ast causam fundatam discedendi habentes, illam Iudicibus synodalibus excusationum pro recognitione et approbatione proponant, et solummodo post adprobationem eius discedere poterunt.

X.
H.

*Decretum de non praeiudicando.*

In Nomine Sanctissimae et Individuae Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Nos Ioannes Vancea de Buteas'a Archiepiscopus et Metropolita Alba-Iuliensis et Fogarasiensis etc. etc.

Si forte acciderit, quempiam huic Synodo, ad quam nullum ius haberet, interfuisse, aut locum ipsi non competentem occu-

si-ar' cuprinde unu locu, ce nu i-ar' compete; determinàmu si dechiaramu prin aceste, cà din acésta fapta atarele nu-si castiga nice unu dreptu, nice competinti'a locului, ce nu i se cuvine; ci tote remanu in valorea statului seu de mai inainte, fara a fí detrasu ceva din dreptulu celui vatematu seau scurtatu.

---

**XI.**
**I.**

---

*Comisiunile Sinodali.*

I. *Presiedinte.*

Illustritatea S'a D. Michaiu Pavelu Episcopulu de Orade.

*Presiedinte substitutu.*

Rmulu D. Timoteu Cipariu Prepositu Capitulariu.

*Membrii.*

Illmulu D. Andreiu Liviu Canonicu Prelatu dom.
Rmulu D. Antoniu Vestemeanu Canonicu.
Rmulu D. Paulu Vel'a Canonicu.
Rmulu D. Georgiu Moisilu Vicariu Foraneu.
Multuon. D. Eusebiu Cartice Profesoru.

II. *Presiedinte.*

Illustritatea S'a D. Victoru Mihályi Episcopulu de Lugosiu.

*Presiedinte substitutu.*

Rmulu D. Theodoru Kőváry Prepositu Capitulariu.

*Membrii.*

Rmulu D. Joanu Fekete Canonicu.
Rmulu D. Vasiliu Popu Canonicu.
Rmulu D. Beniaminu Densusianu Vicariu Foraneu.
Preaon. D. Alimpiu Blasianu Protopopu.
Preaon. D. Michailu Kökényesdi Protopopu.

III. *Presiedinte.*

Illustritatea S'a D. Joanu Szabó Episcopulu de Gherl'a.



passe, praesentibus determinamus ac declaramus, nullum ius ex tali facto, neque competentiam loci sibi non debiti ipsum acquirere; sed omnia remanere in praecedentis status valore, nihilque detrahi iuri exinde offensi vel laesi viri.

---

**XI.**
**I.**

---

*Commissiones Synodales.*

I. *Praeses.*

Illmus D. Michaël Pavelu Episcopus Magno-Varadinensis.

*Praeses substitutus.*

Revmus D. Timotheus Cipariu Praepositus Capitul.

*Membra.*

Illmus D. Andreas Liviu Canonicus Praelatus Domesticus.
Revmus D. Antonius Vestemeanu Canonicus.
Revmus D. Paulus Vela Canonicus.
Revmus D. Gregorius Moisilu Vicarius Foraneus.
A. R. D. Eusebius Cartice Professor.

II. *Praeses.*

Illmus D. Victor Mihályi Episcopus Lugosiensis.

*Praeses substitutus.*

Revmus D. Theodorus Kőváry Praepositus Capitul.

*Membra.*

Revmus D. Ioannes Fekete Canonicus.
Revmus D. Basilius Popu Canonicus.
Revmus D. Beniaminus Densusianu Vicarius Foraneus.
Revmus D. Alympius Blasianu Protopresbyter.
A. R. D. Michaël Kökényesdi Protopresbyter.

III. *Praeses.*

Illmus D. Ioannes Szabó Episcopus Szamosuivariensis.

*Presiedinte substitutu.*

Illmulu D. Stefanu Moldovanu Prepositu Capit. Prelatu dom.

*Membrii.*

Rmulu D. Dr. Joanu Ratiu Canonicu.
Rmulu D. Alesandru Micu Vicariu Foraneu.
Rmulu D. Alimpiu Barbuloviciu Vicariu Foraneu.
Preaon. D. Georgiu Marchisiu Protopopu.
Multuon. D. Michailu Perianu Notariu Consistorialu.

IV. *Presiedinte.*

Rmulu D. Joanu Anderco Prepositu Capitulariu.

*Membrii.*

Rmulu D. Constantinŭ Papfalvi Canonicu.
Rmulu D. Joanu Moldovanu Canonicu.
Preaon. D. Gavrilu Popu Protopopu.
Cuviosi'a S'a Damian Elia Domsi'a Jeromonacu alu Ordului S. Vasiliu.

---

**XII.**
**L.**

---

## *Decretulu de încheiare.*

In Numele Preasantei si nedespartitei Treimi, a Tatalui si a Fiului si a Spiritului Santu.

Noi Joanu Vancea de Buteas'a Archiepiscopulu si Metropolitulu gr. catolicu de Alb'a-Julia si Fagarasiu etc. etc. etc.

Dupa-ce sunt pertractate si asiediate tote acele, ce dupa cerinti'a cercustariloru presente s'au judecatu a fi fostu de pertractatu si asiediatu, si fiinducà si lips'a ingrigirei spirituale a poporeniloru incredintiati, acum dupa mai indelungata absentare dela Bisericele catedrale, i rechiama la ale sale pre toti Parintii acestui Sinodu: amu gasitu in Domnulu a pune capetu acestui Sinodu provincialu, si cu acést'a a-lu dechiará de incheiatu.

---



*Praeses substitutus.*

Illmus D. Stephanus Moldovanus Praepositus Capit. Praelatus Domesticus.

*Membra.*

Revmus D. Dr. Ioannes Ratiu Canonicus.
Revmus D. Alexander Micu Vicarius Foraneus.
Revmus D. Alympius Barbuloviciu Vicarius Foran.
Revmus D. Georgius Marchisiu Protopresbyter.
A. R. D. Michaël Perianu Notarius Consistorialis.

IV. *Praeses.*

Revmus D. Ioannes Anderko Praepositus Capitul.

*Membra.*

Revmus D. Constantinus Papfalvi Canonicus.
Revmus D. Ioannes Moldovanu Canonicus.
Revmus D. Gabriël Popu Protopresbyter.
Ven. Pater Damianus Elias Domsia Religiosus Ordinis S. Basilii.

---

**XII.**
**L.**

---

## *Decretum conclusionis.*

In Nomine Sanctae et Individuae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Nos Ioannes Vancea de Buteas'a Archiepiscopus et Metropolita gr. cath. Alba-Iuliensis et Fogarasiensis etc. etc.

Postquam ea omnia, quae iuxta circumstantiarum exigentiam pertractanda et constituenda fore, iudicatum fuit, pertractata et constituta fuerunt, et cum etiam necessitas curae spiritualis fidelium concreditorum post diuturnam ab Ecclesiis cathedralibus absentiam omnes Patres ad suam residentiam revocet, finem huic Synodo provinciali facere censuimus in Domino; qua de causa eamdem praesentibus clausam esse declaramus.

---

## XIII.
## M.

*Cuventarea Escellentiei S'ale Illustrissimului si Reverendissimului D. Archiepiscopu de Fagarasiu si Alb'a-Julia tienuta la incheiarea Conciliului provincialu alu II-le.*

Illustrissimi Domni Confrati Episcopi!
Venerati in Christosu Frati si Fii!
Illustrii Parinti ai Conciliului!

Dupa-ce cu ajutoriulu Preaindurătului Domnedieu acum amu ajunsu la resultatele lucrariloru nostre conciliarie, prin ce ne-amu apropiatu si de finea Conciliului provincialu presinte: asia se vede a nu restá alta, decâtu cá la dorinti'a comuna se punemu capetu acestui Conciliu provincialu.

Deci ajungundu la tient'a nesuintieloru nostre, ce ar' poté fí pentru noi mai sacru si mai cu preferintia? decâtu cá dupa cele petrecute sub scutulu gratiei divine, se ni intorcemu ochii sufletului nostru éra-si la Acel'a, dela Care ni-a venitu tota darea cea buna si totu darulu, ce s'a induratu a-lu reversá preste noi sub durat'a lucrariloru nostre conciliarie; si din tota anim'a se-i aducemu multiamite filiale si ferbinti eschiamendu cu S. Augustinu: „Quid melius et animo geramus, et ore promamus, et calamo explanemus, quam Deo gratias? Hoc nihil dici brevius, nec audiri laetius, nec intelligi gratius, nec agi fructuosius potest“[1]).

Càci de ni-amu si datu silinti'a, si ni-amu pusu in lucrare activitatea, de care amu potutu dispune: totusi debue in generalu se recunoscemu, cà resultatele bune ale lucrariloru omenesci in line'a prima suntu donulu lui Domnedieu, precum dîce insusi Domnulu Mantuitoriulu nostru: „Eu sum viti'a, voi mladitiele; celu ce remane intru mine, si eu intru elu, acel'a va aduce fruptu multu, cà fara mine nemic'a nu poteti face“[2]). Cea ce unu scriitoriu bisericescu a precisatu in cuvintele urmatorie: „Omnis profectus ad divinitatis est munera referendus;

[1]) S. Aug. Epist. ad Marc.



## XIII.
## M.

*Oratio habita ab Excellentissimo, Illustrissimo et Reverendissimo Domino Archiepiscopo Fogarasiensi et Alba-Iuliensi in fine Concilii provincialis II.*

Illustrissimi Domini Confratres Episcopi!
Venerabiles in Christo Fratres et Filii!
Illustres Concilii Patres!

Quandoquidem cum Benignissimi Dei auxilio ad laborum nostrorum eum statum pervenerimus, per quem et ad Concilii provincialis praesentis finem propius accessimus, nihil amplius videtur superesse, quam ut communi omnium voto conformiter huic Concilio provinciali finem imponamus.

Nobis igitur ad laborum nostrorum scopum iam perventis, quid potest esse magis sacrum, quidve antiquius, quam ut post ea, quae sub divinae gratiae tutamine acta sunt, iterum ad Eum convertamus oculos spiritus nostri, a Quo omne datum bonum et omnis gratia venit, quam sub laborum nostrorum synodalium decursu super Nos effundere dignatus est? Eidem itaque toto animo filiales ac ferventes feramus gratiarum actiones, conclamando cum S. Augustino: „Quid melius et animo geramus, et ore promamus, et calamo explanemus, quam Deo gratias? Hoc nihil dici brevius, nec audiri laetius, nec intelligi gratius, nec agi fructuosius potest“[1]).

Nam etiamsi omnem impenderimus diligentiam, omnemque evolverimus in agendo activitatem, que possibilis nostra e parte fuerat: attamen prae omnibus confitendum nobis est, bonos humanarum actionum effectus potissime Dei donum esse, quemadmodum ipse Dominus Salvator noster dicit „Ego sum vitis, vos palmites qui manet in me et ego in eo hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere“[2]). Unde merito quidam scriptor ecclesiasticus verbis sequentibus expressit „Omnis profectus ad divinitatis est munera referendus,

[2]) S. Joanu c. 15. v. 5.

quia nihil constat fore bonum, nisi quod ab Ipso dignoscitur esse collatum"[1]).

Dara se aducemu multiamita si Santiloru lui Domnedieu, cari rogati au binevoitu a se intrepune pentru noi la Parintele indurariloru, cá se se indure a ni tramite ajutoriulu intieleptiunei tronului seu, cu carele amu potutu perveni la resultatele lucrariloru, ce ni le-amu propusu; de odata insa se speramu, cà ni va dá si ace'a, cá se fia binecuventate fruptele osteneleloru nostre, si se aiba durata pana in capetu, si fia imbratisiate de toti aceia, pentru cari s'au facutu, acum si pre venitoriu; dara mai vertosu de noi, cari amu lucratu la acele; càci precum scrie S. Gregoriu Marele: „In cassum bonum agitur, si ante vitae terminum deseratur; quia frustra velociter currit, qui, prius quam ad metam pervenerit, deficit" [2]).

Inse dupa Domnedieu, care ni-a datu si a voí si a poté, si dupa Santii lui Domnedieu, cari au binevoitu a se intrepune pentru noi, si s'au rogatu, cá se ni se dee si a face, ce ni erá propusu; succesulu lucrariloru nostre avemu in parte de a-lu mutiami si zelului si conlucrarei intielepte a Illustritatiloru Vostre, precum si energiei si activitatei neintrerupte a vostre a toturoru Onoratiloru in Christosu Frati! si Fii! cari nu ati crutiatu nice tempu de dî de nopte, nice ostenéla si adstringere de poteri atâtu spirituale câtu si corporale, fiindu impreuna cu Noi condusi de singur'a dorintia, cá se potemu si cu acést'a aduce ceva bunu, si adauge ceva salutariu la deplinirea operei maretie a prosperarei Bisericei nostre.

Pentru ace'a aducandu-vi fia-caruia in specialu si toturoru in genere laudele meritate conforme activitatei, ce o ati desvoltatu, si dandu multiamita sincera din adunculu animei si pentru sucursulu, cu carele ati binevoitu a sprigini neajunsele intrevenite din partea nostra in conducerea lucrariloru: de odata ve rogu cu caldur'a increderei fratiesci, cá deorece si cele mai salutarie dispusetiuni inca nu folosescu, déca nu se punu in vigóre, si nu se aplica in viétia, Illustritatile Vostre se binevoiti a ordiná si demandá aplicarea si esact'a observare a toturoru asiediaminteloru, cari se cuprindu in Decretele

[1]) Cass. in quad. Epist.



quia nihil constat fore bonum, nisi quod ab ipso dignoscitur esse collatum" [1]).

At vero et Sanctis Dei nostras depromamus gratias, qui interpellati suam pro nobis adiunxerunt intercessionem apud Patrem misericordiarum, ut sapientiae de suo throno audiutorium nobis mittere dignaretur, quo auxiliante hunc laborum nostrorum fructum valuimus obtinere, quem dudum in votis habebamus nostris. Ab ipsa insuper sperare oportet, datum iri nobis, ut fructus iidem adhuc plenius sint benedicendi, atque ad finem usque duraturi; atque ab omnibus sint acceptati, pro quibus lati sunt, nunc et pro futuro; in primis vero a nobis, qui ad eosdem cooperati sumus; quandoquidem docente S. Gregorio M. „incassum bonum agitur, si ante vitae terminum deseratur, quia frustra velociter currit, qui, priusquam ad metam pervenerit, deficit" [2]).

Post Deum vero, qui nobis et velle dedit et posse, et post Ipsius Sanctos, quos pro nobis semet interposuisse credimus atque petiisse, quatenus nobis daretur perficere id, quod erat propositum, successum laborum nostrorum ex parte etiam zelo cooperationique prudenti Fraternitatum Vestrarum habemus in acceptis referendum, atque assiduae diligentiae vestrae, Venerabiles in Christo Fratres et Filii, qui enim diu noctuque occupati, nec labori, neque virium tum corporalium tum spiritualium impendio pepercistis; quum una nobiscum eo solum duceremini desiderio, ut hac quoque occasione quidpiam boni agere, atque ad Ecclesiae nostrae prosperitatem conplendam aliquid amplius addere conniteremur.

Idcirco dum omnibus in genere, atque singulis in specie ex intimo corde promeritas tribuimus laudes conformes activitati comprobatae, item pares referimus gratias ex animo et pro concursu, quo insufficientiam nostram sustinuistis in discussionum habitarum decursu: Una rogo omnes cum toto fiduciae fraternae ardore, ut, quoniam nec maxime salutares praescriptiones soleant prodesse, si vigor illis debitus non procuretur, et in vita non applicentur, velint Illustrissimae Fraternitates Vestrae inculcare

[2]) S. Greg. M. Libr. I. Mor.

Conciliului nostru provincialu primu deja incuviintiate de cea mai inalta Auctoritate bisericésca aci pre pamentu, si cari tocmai spre punctuosa observare fura si publicate la inceputulu consultariloru acestui Conciliu provincialu.

Acésta observare punctuosa se demanda si prin inaltulu Decretu de revisiune emanatu in Rom'a la 19 Martiu 1881, in care intre altele se dîce: „Cum itaque ejusdem (Concilii) Decreta idem R. P. D. Archiepiscopus aliique Provinciae Praesules, eo, quo par erat, obsequio S. Sedis examini judicioque subiiecissent, Emi Patres S. Congregationis de Propaganda Fide pro Negotiis Ritus orientalis eadem ad examen revocarunt, et juxta exemplar hisce adnexum recognoverunt; in cuius recognitionis testimonium praesens Decretum edi mandarunt, ut ab omnibus, ad quos pertinet, inviolabiliter observentur" [1]).

Totu cu asemene punctuositate si cu semtîu de conscientiositate se lucre fiacarele si la observarea Decreteloru acestui Conciliu provincialu II., dupa ce acele voru fí incuviintiate la loculu seu, si voru fí publicate la tempulu recerutu pre calea sa.

Nu ignorediu eu nice de cum, si credu cà nimene dintre noi, cà la aplicarea completa a toturoru Decreteloru, desi in sine atâtu de salutarie, voru se intrevina unele piedece si póte si dificultati create de multiplice impregiurari; dara pentru ace'a nimene se nu se descurageze, ci se aiba tari'a de sufletu, ce o dà adeverulu si dreptatea causei sante, cu carea ne ocupamu.

Aci preste tote vomu avé lipsa de prudentia, carea cá desteritate se deprinde cu aplicarea midilóceloru acomodate spre ajungerea scopului; despre acést'a dîce S. Augustinu: „Prudentia est amor ea, quibus adiuvatur, ab eis, quibus impeditur, sagaciter eligens" [2]).

Mai incolo vomu avé lipsa si de perseverantia, càci precum dîce S. Bernardu: „Absque perseverantia neque qui pugnat, victoriam, nec palmam victor consequitur; perseverantia vigor virium, virtutum consummatio est. Nutrix est ad meritum,

---

[1]) Vedi Decret. la capet. decreteloru Conciliului prov. I. pag. 187.



exactam observantiam omnium Institutionum, quae in Concilii nostri provincialis I-i decretis a suprema in terris Auctoritate ecclesiastica iam recognitis continentur; quum praecise ad scopum strictae earumdem observantiae fuere iam publicatae ab initio consultationum praesentis Concilii provincialis.

Nam accurata haec eorum observatio demandata est ab excelso recognitionis decreto Romae dato sub die 19 Martii 1881, in quo inter alia haec habentur. „Cum itaque eiusdem (Concilii) Decreta idem R. P. D. Archiepiscopus, aliique Provinciae Praesules eo, quo par erat, obsequio S. Sedis examini iudicioque subiecissent, Emi Patres S. Congregationis de Propaganda Fide pro negotiis Ritus orientalis, eadem ad examen revocarunt, et iuxta exemplar hisce adnexum recognoverunt; in cuius recognitionis testimonium praesens decretum edi mandarunt, ut ab omnibus, ad quos pertinet, inviolabiliter observentur" [1]).

Pari exinde diligentia et vivo conscientiae impulsu cooperetur unusquisque etiam ad istius II-i Concilii provincialis decretorum observantiam, posteaquam eadem fuerint suo loco recognita, ac tempore legitimo, et canonicis formis publicata.

Nequaquam ignorare possum, et credo neminem latere, quod in omnium decretorum etsi per se maxime salutarium adplicatione nonnulla impedimenta sint interventura, et forsan etiam difficultates ex multifariis adiunctis occursura. Nihilominus nemini est animo despondendum, quin imo eam habeat oportet animi fortitudinem, quam suppeditat veritas et iustitia sanctae causae, qua occupamur.

Hic prae omnibus opus habebimus prudentia et quadam dexteritate in mediorum applicatione, quae magis idonea sunt ad scopum assequendum; de hac ait S. Augustinus „Prudentia est amor, ea quibus adiuvatur, ab iis, quibus impeditur, sagaciter eligens" [2]).

Deinde necessaria nobis erit etiam perseverantia, quia prouti S. Bernardus dicit, „absque perseverantia neque qui pugnat, victoriam, nec palmam victor consequitur; perseverantia vigor virium, virtutum consummatio est. Nutrix est ad meritum,

---

[1]) S. Aug. Lib. de mo. Eccles.

mediatrix ad praemium, soror est patientiae, constantiae filia, amica pacis, amicitiarum nodus, unanimitatis vinculum, sanctitatis propugnaculum. . . . Denique non qui inceperit, sed qui perseveraverit usque ad finem, hic salvus erit"[1]).

Se ni cascigamu si tesaurulu intieleptiunei, ce ni-o recomenda S. Gregoriu Marele dîcundu: „Iustorum sapientia est, nihil per ostentationem fingere, sensum verbis aperire, vera ut sunt diligere, falsa devitare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare quam facere, nullam iniuriae ultionem quaerere, pro veritate contumeliam lucrum putare"[2]).

Se urmamu intru tote consiliulu intieleptiunei, ce o descrie asia frumosu S. Gregoriu Nazianzenulu aseverandu: „Prima sapientia est: vita laudabilis, et apud Deum pura mens, per quam puri puro iunguntur, et sancti sancte sociantur. Ille mihi videtur sapiens, qui pauca quidem de virtute animi commonet et proloquitur, plura autem in suis actibus et operibus ostendit, et fidem verbis expressam operum suorum stipulatione confirmat"[3]).

In fine oftandu-vi la toti, Venerabili Parinti a Conciliului, cá Preabunulu Domnedieu se Ve concomiteze cu Santii sei Angeri in caletori'a catra ale sale, se Ve deduca sanetosi si se Ve intarésca cu darulu bratiului seu, cá se poteti toti lucrá inca in lungime de dîle spre marirea santu Numelui seu, spre mantuírea sufleteloru, si spre inaintarea Santei Uniri cu Santulu Scaunu Apostolicu. Aminu!

Si cu acést'a dechiaru de incheiatu acestu Conciliu provincialu alu II-le.

[1]) S. Bernard. Epist. 129.



mediatrix ad praemium, soror est patientiae, constantiae filia, amica pacis, amicitiarum nodus, unanimitatis vinculum sanctitatis propugnaculum. . . . Denique non qui inceperit, sed qui perseveraverit usque ad finem, hic salvus erit"[1]).

Adquiramus igitur ilius sapientiae thesaurum quam S. Gregoriu M. commendat verbis, „Iustorum sapientia est, nihil per ostentationem fingere, sensum verbis aperire; vera ut sunt diligere, falsa devitare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare, quam facere, nullam iniuriae ultionem quaerere, pro veritate contumeliam lucrum putare"[2]).

Sequamur in omnibus consilium sapientiae ipsius, quam ita suaviter describit S. Gregorius Nazianzenus, dum ait „Prima sapientia est: vita laudabilis, et apud Deum pura mens, per quam puri puro iunguntur, et Sancti sancto sociantur. Ille mihi videtur sapiens, qui pauca quidem de virtute animi commonet, et proloquitur, plura autem in suis actibus et operibus ostendit, et fidem verbis expressam operum suorum stipulatione confirmat"[3]).

Vobis omnibus in fine adprecamur, Venerabiles Concilii Patres, ut Deus Benignissimus omnes comitetur cum Sanctis suis Angelis in itinere ad sua reversuros, deducatque sospites, atque robore brachii sui confortet singulos ita, ut Vos omnes ad Sanctissimi sui Nominis gloriam, ad animarum salutem, atque ad sacrae cum Sancta Sede Apostolica Unionis incrementa per plurimos adhuc annos valeatis operari. Amen!!!

Atque ita Concilium isthoc Provinciale II$^{m}$ completum et conclusum esse declaramus.

[2]) S. Greg. M. Lib. 10. Mor. c. 17.
[3]) S. Greg. Naz. in Apolog.

## XIV.

*Epistol'a, prin care Escellenti'a S'a Illustrissimulu si Reverendissimulu Archiepiscopu de Alb'a-Julia si Fagarasiu a susternutu Sacrei Congregatiuni de Propaganda Fide Actele si Decretele Sinodului provintialu II.*

Eminentissime Domnule Cardinale alu Santei Biserice Romane si Prefecte!

*Domnule Preagratiose!*

Dupace din mandatulu gratiosu alu Santului Scaunu Apostolicu s'a revediutu si in anulu 1881 s'au si incuviintiatu Decretele Conciliului provincialu alu Provinciei nostre bisericesci greco-catolice de Alb'a-Julia si Fagarasiu tienutu in anulu 1872, am gasitu in Domnulu a nu fí nemica mai de preferitu si mai salutariu, decâtu a pregatí lucrarile acele, cari pareau, cà voru poté contribuí la accelerarea tienerei Conciliului provincialu alu doile.

Deci dupace s'au pregatitu lucrarile preliminarie si s'a vediutu a se apropiá tempulu acomodatu pentru tienerea Conciliului provincialu alu II-le, pre acest'a convocandu-lu dupa modalitatea prescrisa prin canone pre diu'a de 30 Maiu din anulu curinte, in acésta dî l'amu si inceputu, si cu ajutoriulu gratiei divine continuându-lu pana in diu'a a 6-a a lunei lui Juniu, totu in acésta dî cu bunu resultatu l'amu terminatu.

Objectele, cari s'au pertractatu si s'au primitu cá Decrete in decursulu acestui Conciliu, se cuprindu in urmatorii articlii:

1. „Despre emiterea solemna a marturisirei Credintiei".
2. „Despre statutele seau constitutiunea Capituleloru catedrale"; unu esemplariu din aceste Statute compusu numai pentru Archidieces'a mea se adauge la Decrete.
3. „Despre modalitatea, dupa care se se esecuteze restaurarea Ordului Basilitiloru".



## XIV.

*Epistola qua Excellentissimus et Reverendissimus Archiepiscopus Alba-Iuliensis et Fogarasiensis Acta et Decreta Synodi provincialis II-ae Sacrae Congregationi de Propaganda Fide subiicit.*

Eminentissime Domine S. R. Ecclesiae Cardinalis et Praefecte!

*Domine Gratiosissime!*

Decretis Concilii Provincialis Ecclesiasticae Provinciae nostrae graeco-catholicae Alba-Iuliensis et Fogarasiensis anno 1872 celebrati ex benigno S. Sedis Apostolicae mandato recognitis, et anno 1881 acceptis, nihil prius magisque salutare esse in Domino iudicavi, quam laboribus operam impendere, qui ad accelerandam secundi Concilii Provincialis celebrationem conferre posse dignoscebantur.

Quumque omnia praeliminaria iam praeparata essent, tempusque secundum Concilium ineundi accommodatum instare videretur, illud pro 30 die mensis Maii anni currentis praescripto modo canonico reapse indictum eadem die inchoavimus, atque divina favente gratia usque ad 6-am mensis Iunii diem continuatum hac eadem die ad finem feliciter perduximus.

Obiecta, quae durante isthoc Concilio pertractata atque ad instar Decretorum acceptata fuere, sequentibus notantur articulis:

1-o quidem de „Fidei professione solemniter eliciendá".

2-o de „Capitulorum cathedralium Statutis sive constitutione", quorum singulare exemplar pro mea Archidioecesi conditum Decretis adnectitur.

3-o de „modo restaurationem Ordinis Basilitarum executioni mandandi".

4. „Despre Instructiunea, de carea au se se tiena Judecatoriele bisericei in causele matrimoniale".

5. „Despre statutele, ce se voru observá la administrarea acurata a Bunuriloru bisericesci si scolastice".

6. „Despre Normativulu prescrisu pentru Foruri cu privire la procedur'a in causele bisericesci civile si criminale".

Dupace aceste tote s'au subscrisu din partea Parintiloru Conciliului cu ace'a rogare, cá acele se se substerna pre langa espresiunea simtieminteloru de celu mai profundu omagiu Santului Scaunu Apostolicu spre a dispune preagratiosu revisiunea loru: amu onore deosebita a susterne Eminentiei Vostre Decretele amintite, alaturandule áci sub ·/. cu cea mai profunda devotiune. La aceste Decrete se aclude sub numerulu 7 din partea Archidiecesei mele si Operatulu „despre regularea si dotarea Beneficieloru archidiecesane extragremiale" prelucratu in Sinodulu archidiecesanu tienutu din dîu'a a 3-a pana in a 6-a a lunei lui Septembre din anulu curentu, si me rogu preaumilitu, cá Eminenti'a Vostra se ve indurati a dispune gratiosu, cá dupa obtienerea gratiei Apostolice a Santiei Sale Sumului Pontifice tote acele operate mai susu specificate se se revédia si esamineze dupa modalitatea s'a.

Precandu cutezu a-mi repetí cu cea mai mare devotiune rogarea mea premisa, recomendandu-me inalteloru gratie si patrociniului eminentu remanu cu cea mai adenca veneratiune alu

Eminentiei Vostre

Blasiu in Transilvani'a Austro-Ungariei 1 Octobre 1882.

Celu mai umilitu si devotatu servu:

Ioanu Vancea
Archiepiscopu si Metropolitu.

---



4-o de „Instructione pro Iudiciis ecclesiasticis in causis matrimonialibus observanda".

5-o de „Statutis in administratione Bonorum ecclesiasticorum et scholasticorum rite obeunda tenendis", etc.

6-o „Normativum quoad proceduram pro Foris in causis ecclesiasticis civilibus et criminalibus diiudicandis observandam praescriptum". Quae omnia, postquam a Patribus Concilii ea addita cum recuisitione subscripta fuissent, ut illa cuncta Sanctae Sedi Apostolicae pro benigne ordinanda recognitione devotissimis cum obsequii sensibus substernantur; speciali perfungor honore praefata Decreta hisce ima cum devotione sub acclusa gratioso Eminentiae Vestrae conspectui exhibendi. Hisce ipsis ex parte meae Archidioeceseos Operatum quoque „de beneficiorum archidioecesanorum extra gremialium regulatione, et dotatione" in Synodo archidioecesana a die 3-a usque 6-am Septembris anni labentis celebrata conditum sub numero 7-o iis demissis cum precibus adnectitur, quatenus Eminentia Vestra omnia illa operata, impetrata Suae Sanctitatis Summi Pontificis Apostolica gratia, suo modo revideri et recognosci benigne curare dignetur.

Qui dum praemissas meas preces summa cum devotione iterare audeo, altis gratiis eminentique patrocinio iugiter commendatus profundissimo cum venerationis cultu persevero

Eminentiae Vestrae

Blasii (Blasendorf) in Transsylvania Austro-Hungariae die 1 Octobris 1882.

Humillimus devotissimusque famulus

Ioannes Vancea
Archiepiscopus et Metropolita.

---

# TITULULU I.

## Despre Marturisirea Credintiei.

§. 1.

Mantuitoriulu nostru Domnulu Isusu Christosu dechiara in sant'a sa Evangelia: „Totu celu ce me va marturisí pre mine inaintea omeniloru, si eu lu voiu marturisi pre elu inaintea Parintelui meu, carele este in ceriuri"[1]). Éra Santulu Apostolu Pavelu ne invétia, cà: „Cu anim'a se crede spre dreptate, dara cu gur'a se marturisesce spre mantuire"[2]).

Acésta invetiatura divina avêndu-o inaintea ochiloru Sant'a Maica Biserica, a pretinsu pururea, cá credintiosii se-si marturisésca credinti'a totu de a un'a, cându intrevine necesitatea de a o marturisí pre ace'a.

Spre acestu scopu dela inceputulu crestinatatii a formulatu anumite simvole, de cari crestinii atâtu privatu câtu si publice se foloseau spre a-si marturisí Credinti'a.

Atare simvolu erá in usu in seculii primi asia numitu Simvolulu Apostoliloru si Simvolulu Romanu; dupa ace'a Simvolulu Nicenu, apoi Nicenu-Constantinopolitanu, Atanasianu, si alte mai multe.

§. 2.

Dintre acestea pentru credintiosii orientali Summii Pontifici Urbanu VIII. si Benedictu alu XIV prin constitutiunea „Nuper ad Nos" au prescrisu simvolulu seau formul'a urmatoria: *Profesiunea Credintiei Catolice* prescrisa de Santulu Scaunu Apostolicu pentru Orientali.

1. In numele Tatalui si alu Fiului si alu Spiritului Santu. Aminu. Eu N. N. credu cu credintia tare si marturisescu tote si un'a câte un'a din cele ce se cuprindu in Simvolulu Credintiei, de carele se folosesce Sant'a Biserica a Romei, si anume:

Credu intru unulu Domnedieu, Tatalu atotu-tienetoriulu, facatoriulu ceriului si alu pamentului, vediuteloru toturoru si nevediuteloru. Si intru unulu Domnu Isusu Christosu Fiulu

[1]) S. Mat. c. X. v. 32.



# TITULUS I.

## De Professione Fidei.

§. 1.

Salvator noster Dominus Iesus Christus in Sancto suo Evangelio declarat: „Omnis, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui in caelis est"[1]). Sanctus Apostolus Paulus autem nos edocet: „Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessie fit ad salutem"[2]).

Hanc divinam doctrinam Sancta Mater Ecclesia pae oculis habens omni tempore a fidelibus exegit, ut fidem suam semper profiteantur, quotiescumque necessitas illam profitendi urgeret.

Hunc in finem exinde a primordiis religionis christianae certa symbola proposuit, quibus fideles tam privatim quam publice ad Fidem profitendam utebantur.

Iam quidem in prioribus saeculis usu erat Symbolum Apostolicum et Romanum: postea Symbolum Nicaenum; deinde Nicaeno-Constantinopolitanum, Athanasium et alia plura.

§. 2.

Ex hisce Summi Pontifices Urbanus VIII atque Benedictus XIV constitutione „Nuper ad Nos" pro orientalibus symbolum vel formulam sequentem praescripsere: *Professio catholicae Fidei* ab Apostolica Sede Orientalibus praescripta.

1. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen. Ego N. N. firma fide credo, et profiteor omnia et singula, quae continentur in Symbolo Fidei, quo Sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet:

Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem coeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum

[2]) S. Paulu catr. Rom. X. v. 10.

lui Domnedieu unulu nascutu, carele din Tatalu s'a nascutu mai inainte de toti vecii, Domnedieu din Domnedieu, lumina din lumina, Domnedieu adeveratu din Domnedieu adeveratu, nascutu, ér' nu facutu, celu de o fientia cu Tatalu, prin carele tote s'au facutu; Carele pentru noi omenii si pentru a nostra mantuire s'a scoboritu din ceriuri, si s'a intrupatu dela Spiritulu Santu din Mari'a Fetiora, si s'a facutu omu; Si s'a restignitu pentru noi sub Pilatu din Pontu, a patimitu si s'a inmormentatu, si a inviatu a trei'a dî dupa Scripture, si s'a suitu la ceriuri, si siede de a drépt'a Tatalui; si érasi va se vina cu marire se judece vii si mortii, a carui imperatia nu va avé capetu. Si intru Spiritulu Santu, Domnulu si de viétia facatoriulu, carele dela Tatalu si dela Fiulu purcede, cel'a ce impreuna cu Tatalu si cu Fiulu este inchinatu si maritu, carele a graitu prin Profeti. Intr'un'a santa, catolica si apostolica Biserica. Marturisescu unu botezu intru iertarea pecateloru. Asteptu invierea mortiloru, si viéti'a veacului, ce va se fia. Aminu.

2. Venerezu inca si primescu Sinodele ecumenice, precum urméza, anume:

Sinodulu celu de antâiu dela Nice'a, si marturisescu cea ce s'a definitu in acel'a in contr'a lui Ariu celui de afurisita amintire: cà Domnulu Isusu Christosu este Fiulu lui Domnedieu, Unulu-nascutu din Tatalu nascutu, adeca din substanti'a Tatalui, nascutu, ér' nu facutu, de o fientia cu Tatalu; si cà in acel'asi Sinodu cu dreptulu s'au osânditu cuvintele cele faradelege: cà ore-canduva nu ar fí fostu, seau cà s'ar fí facutu din cele ce nu suntu, seau din alta substantia ori esentia, seau cà Fiulu lui Domnedieu ar' fí mutabilu ori schimbatiosu.

3. Sinodulu antâiu Constantinopolitanu, alu doile in ordine; si marturisescu cea-ce s'a definitu in acel'a in contr'a lui Macedoniu celui de afurisita amintire: cà Spiritulu Santu nu este servu, ci Domnu; nu faptura, ci Domnedieu, carele are ace'asi Domnedieire cu Tatalu si cu Fiulu.

4. Sinodulu Efesinu antâiu, alu treile in ordine; si marturisescu cea ce s'a definitu in acel'a in contr'a lui Nestoriu celui de afurisita amintire: cà Divinitatea si Umanitatea unindu-se in modu nespusu si necuprinsu intr'unu ipostasu alu



Dominum Iesum Christum Filium Dei Unigenitum, et ex Patre natum ante omnia saecula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt; qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de coelis: et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum Scripturas et ascendit in coelum, sedet ad dexteram Patris; et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum, et vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit; qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur, qui locutus est per Prophetas. Et Unam Sanctam, Catholicam, et Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi saeculi. Amen.

2. Veneror etiam et suscipio universales synodos, prout sequitur, videlicet:

Nicaenam primam; et profiteor, quod in ea contra Arium damnatae memoriae definitum est: Dominum Iesum Christum esse Filium Dei ex Patre natum Unigenitum, idest, ex substantia Patris, natum, non factum, consubstantialem Patri; atque impias illas voces recte in eadem synodo damnatas esse: quod aliquando non fuerit, aut buod factus sit ex iis, quae non sunt, aut ex alia substantia vel essentia, aut quod sit mutabilis, vel convertibilis Filius Dei.

3. Constantinopolitanam primam, secundamu in ordine; et profiteor quod in ea contra Macedonium damnatae memoriae definitum est: Spiritum Sanctum non esse servum, sed Dominum; non creaturam, sed Deum, ac unam habentem cum Patre et Filio Deitatem.

4. Ephesinam primam, tertiam in ordine; et profiteor quod in ea contra Nestorium damnatae memoriae definitum est: Divinitatem et humanitatem ineffabili et incomprehensibili unione

Fiului lui Domnedieu, ni-au constituitu noue pre unulu Isusu Christosu; si din ace'a causa Preafericit'a Fetiora este cu adeveratu Nascatore de Domnedieu.

5. Sinodulu Chalcedoneanu, alu patrule in ordine; si marturisescu ce'a ce s'a definitu in acel'a in contr'a lui Eutiche si Dioscoru, ambii de afurisita amintíre: cà unulu si acel'asi Fiu alui Domnedieu, Domnulu nostru Isusu Christosu, este deplinitu in Domnedieire, si deplinitu in umanitate, Domnedieu adeveratu si omu adeveratu din sufletu rationalu si trupu, de o fientia cu Tatalu dupa Domnedieire, si acel'asi de o fientia cu noi dupa umanitate, intru tote asemenea noue afara de pecatu; dupa Domnedieire adecà nascutu dela Tatalu mai inainte de veci, ér' in dîlele mai de pre urma acel'asi nascutu pentru noi si pentru a nostra mantuire dupa umanitate din Mari'a Fetiora Nascatore de Domnedieu; cà unulu si acel'asi Christosu Fiulu lui Domnedieu Unulu-nascutu este de a se cunosce in doue nature neamestecatu, nestramutatu, nedespartîtu si neosebitu, nicaire stricându-se osebirea natureloru pentru unire, si mai vertosu pazindu-se insusîrea amendoror'a natureloru, si concurêndu intr'o persona si ipostasu, nu impartîtu seau despartîtu in doue persone, ci unulu si acel'asi Fiu si Unulu-nascutu Domnedieu Cuventulu Domnulu Isusu Christosu.

6. Mai incolo, cà Divinitatea acelui'asi Domnu alu nostru Isusu Christosu, dupa carea este de o fientia cu Tatalu si cu Spiritulu Santu, este impassibila si inmortala; ér' densulu s'a restignitu si a moritu numai dupa trupu, precum asisîderea s'a definitu in Sinodulu numitu si in Epistol'a Santului Leonu Pap'a dela Rom'a, cu a carui gura cumcà a vorbitu Fericitulu Apostolu Petru, au aclamatu Parintii in acel'asi Sinodu.

Prin carea definitiune se osândesce heresulu faradelege alu acelor'a, carii catra Trisagiulu datu de catra Angeri, si cantatu de atinsulu Sinodu Chalcedoneanu „Sante Domnedieule, Sante Tare, Sante Fara-de-morte, indura-Te spre noi“ adaugeau „Carele Te-ai restignitu pentru noi“ si astufeliu natur'a domnedieésca a aceloru trei persone o dîceau a fí passibila si mortala.



in una persona Filii Dei, unum nobis Iesum Christum constituisse; eaque de causa Beatissimam Virginem vere esse Dei Genitricem.

5. Chalcedonensem, quartam in ordine, et profiteor quod in ea contra Eutychem et Dioscorum, ambos damnatae memoriae, definitum est: Unum eumdemque Filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, perfectum esse in Deitate, et perfectum in humanitate, Deum verum et hominem verum ex anima rationali et corpore, consubstantialem Patri secundum Deitatem, et eundem consubstantialem nobis secundum humanitatem, per omnia nobis similem absque peccato; ante saecula quidem de Patre genitum secundum Deitatem, in novissimis autem diebus eundem propter nos et propter nostram salutem ex Maria Virgine Dei Genitrice secundum humanitatem, unum eundemque Christum Filium Dominum Unigenitum, in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indivise, inseparabiliter agnoscendum; nusquam sublata differentia naturarum propter unitionem, magisque salva proprietate utriusque naturae, et in unam personam atque subsistentiam concurrente; non in duas personas partitum aut divisum, sed unum eundemque Filium et Unigenitum Deum Verbum, Dominum Iesum Christum.

6. Item, eiusdem Domini nostri Iesu Christi divinitatem, secundum quam consubstantialis est Patri et Spiritui Sancto, impassibilem esse et immortalem: eundem autem crucifixum, et mortuum tantummodo secundum carnem, ut pariter definitum est in dicta Synodo, et in Epistola Sanctis Leonis Romani Pontificis, cuius ore Beatum Petrum Apostolum locutum esse, Patres in eadem Synodo acclamaverunt.

Per quam definitionem damnatur impia haeresis illorum, qui Trisagio ab Angelis tradito, et in praefata Chalcedonensi Synodo decantato „Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis miserere nobis“ addebant „qui crucifixus es pro nobis“; atque adeo Divinam naturam trium personarum passibilem asserebant et mortalem.

7. Sinodulu alu doile Constantinopolitanu, alu cincele in ordine, in care s'a reinoitu definitiunea amintitului Sinodu Chalcedoneanu.

8. Sinodulu alu treile Constantinopolitanu, alu siesele in ordine; si marturisescu ce'a ce in acel'a s'a dèfinitu in contra Monothelitiloru: cà in unulu si acel'asi Domnulu nostru Isusu Christos sunt doue vointie naturale si doue lucrari naturale fara despartire, fara schimbare, fara osebire, fara amestecare; si cà vointi'a lui cea omenésca nu e contraria, ci supusa vointiei lui celei domnedieesci si atotu-poternice.

9. Sinodulu alu doile dela Nice'a, alu sieptele in ordine; si marturisescu ce'a ce s'a definitu in acel'a in contra Iconoclastiloru: cà icónele lui Christosu si ale Nascatórei de Domnedieu Fetióre, precum si ale altoru Santi sunt de a se avé si retiené, si cà acelor'a este de a li se dá onorea si veneratiunea detorita.

10. Sinodulu alu patrule Constantinopolitanu, alu optule in ordine; si marturisescu, cà in acel'a Fotiu cu dreptulu fù osênditu, si Santulu Ignatiu Patriarchulu restituitu.

11. Venerezu inca si primescu tote cele alalte Sinode ecumenice cu auctoritatea Pontificelui Romanu pre lege celebrate si confirmate, si mai vertosu Sinodulu Florentinu, si marturisescu cele ce s'au definitu in acel'a, anume:

12. Cà Spiritulu Santu din Tatalu si Fiulu din veacu este, si esenti'a sa si fienti'a sa ipostatica o are de odata din Tatalu si Fiulu, si d'intru amendoi din veacu purcede cá d'intr'unu principiu si prin unica suflare.

13. Mai incolo cà dîcerea ace'a „si dela Fiulu" iertatu si intieleptiesce fù adausa catra Simvolu pentru lamurirea adeverului si pentru necesitatea atuncia intetîtoria.

14. Mai incolo cà in pâne de grânu azima seau dospita Trupulu lui Christosu cu adeveratu se preface, si cà Preotii in un'a din ele trebue se prefaca insusi Trupulu Domnului, adeca fiacare dupa datin'a Bisericei sale seau occidentale seau orientale.

15. Apoi cà deca cei in adeveru infrânti voru morí in iubirea lui Domnedieu inainte de ce aru fí facutu destulu prin



7. Constantinopolitanam secundam, quintam in ordine, in qua praefatae Chalcedonensis Synodi definitio renovata est.

8. Constantinopolitanam tertiam, sextam in ordine; et profiteor quod in ea contra Monothelitas definitum est: in uno eodemque Domino nostro Iesu Christo duas esse naturales voluntates, et duas naturales operationes, indivise, inconvertibiliter, inseparabiliter, inconfuse: et humanam eius voluntatem non contrariam, sed subiectam divinae eius, atque omnipotenti voluntati.

9. Nicaenam secundam, septimam in ordine; et profiteor quod in ea contra iconoclastas definitum est: Imagines Christi, ac Deiparae Virginis nec non aliorum Sanctorum habendas et retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationem impertiendam.

10. Constantinopolitanam quartam, octavam in ordine; et profiteor, in ea Photium merito fuisse damnatum; et Sanctum Ignatium Patriarcham restitutum.

11. Veneror etiam et suscipio omnes alias universales Synodos auctoritate Romani Pontificis legitime celebratas, et confirmatas, et praesertim Florentinam Synodum, et profiteor quae in ea definita sunt, videlicet:

12. Quod Spiritus Sanctus ex Patre et Filio aeternaliter est, et essentiam suam suumque esse subsistens habet ex Patre simul et Filio, et ex utroque aeternaliter, tamquam ab uno principio, et unica spiratione procedit.

13. Item, dictionem illam *Filioque* veritatis declarandae gratia, et imminente necessitate, licite ac rationabiliter Symbolo fuisse appositam.

14. Item, in azymo, sive fermentato pane triticeo Corpus Christi veraciter confici, Sacerdotesque in altero ipsum Domini corpus conficere debere, unumquemque scilicet iuxta suae Ecclesiae, sive occidentalis sive orientalis consuetudinem.

15. Item, si vere poenitentes in Dei charitate decesserint, antequam dignis poenitentiae fructibus de commissis satisfecerint

fructe demne de penitintia pentru cele facute si lasate, sufletele acelor'a dupa morte se curatia cu pedepse curatitorie; si cá se se usioreze de atari pedepse, li sunt spre folosulu acelor'a ajutoriele credintiosiloru vii, adeca santele sacrificie, rogatiunile, eleemosinele si alte fapte de pietate, cari s'au indatinatu a se face dupa asiediamintele Bisericei de catra credintiosi pentru alti credintiosi; si cà sufletele acelor'a, cari dupa primirea botezului nu s'au intinatu cu nice una macula a pecatului, precum si acele, cari dupa-ce au contrasu macul'a pecatului, sunt curatite ori in trupurile loru ori dupa esirea din acele trupuri, indata se primescu in ceriu, si vedu apriatu pre insusi Domnedieu Trinulu si Unulu, precum este, insa dupa diversitatea meriteloru unulu mai deplinu decâtu altulu; ér' sufletele acelor'a, cari moru in pecatu actualu de morte, seau singuru in celu stramosiescu, indata se scoboru in iadu, cá se se pedepsésca, insa cu pedepse neasemenea.

16. Mai incolo cà Santulu Scaunu Apostolicu si Pontificele Romanu tiene Primatulu in tota lumea, si cà insusi Pontificele Romanu este urmatoriulu fericitului Petru Corifeului Apostoliloru, si adeveratulu Vicariu alui Christosu, si Capu a tota Biseric'a, si Parintele si Invetiatoriulu toturoru Crestiniloru; si cà densului in person'a fericitului Petru i s'a datu dela Domnulu Nostru Isusu Christosu deplina potere de a pasce, conduce si guberná Biseric'a universala, dupa cum se afla, — precum dîce acel'asi Sinodu Florentinu, — si in actele Sinodeloru ecumenice, si in santele canone.

17. Afara de ace'a, cà cele legale ale Testamentului vechiu, seau ceremoniele legei lui Moise, sacrele, sacrificiele si sacramentele dupa venirea Domnului Nostru Isusu Christosu au incetatu, si dupace s'a vestitu Evangeli'a, nu se mai potu observá fara de pecatu. Cà osebirea aceleiasi Legi vechie intre mancarile cele curate si cele necurate inca se tiene de cele ceremoniale, cari, resarindu Evangeli'a, au trecutu.

18. Cà oprirea ace'a a Apostoliloru dela cele siertfite idoliloru, si dela sânge si dela sugrumatu, inca s'a cuvenitu tempului aceluia, cá se se redice materi'a neintielegerei dintre Judei si Pagâni, si incetându caus'a acelei opriri Apostolice, a ncetatu si efectulu.



et omissis eorum animas poenis purgatoriis post mortem purgari, et ut a poenis huiusmodi releventur, prodesse eis fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes et eleemosynas, et alia pietatis officia, quae a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt, secundum Ecclesiae instituta: illorumque animas, qui post Baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quae post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus vel eisdem exutae sunt purgatae, in coelum mox recipi, et intueri clare ipsum Deum Trinum et Unum, sicuti est, pro meritorum tamen diversitate, alium alio perfectius: illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, poenis tamen disparibus puniendas.

16. Item, Sanctam Apostolicam Sedem, et Romanum Pontificem in universum orbem tenere Primatum, et ipsum Pontificem Romanum successorem esse Beati Petri Principis Apostolorum, et verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiae caput, et omnium Christianorum Patrem ac Doctorem existere: et ipsi in Beato Petro pascendi, regendi ac gubernandi universalem Ecclesiam a Domino Nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam (ut eadem Florentina Synodus asserit) in gestis oecumenicorum Conciliorum, et in sacris canonibus continetur.

17. Item, legalia veteris Testamenti, seu Mosaicae legis caeremonias, sacra, sacrificia, et sacramenta, Domino Nostro Iesu Christo adveniente, cessasse; et post promulgatum Evangelium, sine peccato observari non posse. Eiusdem etiam Legis Veteris ciborum mundorum et immundorum differentiam ad caeremonialia pertinere, quae surgente Evangelio transierunt.

18. Illam etiam Apostolorum prohibitionem ab immolatis simulacrorum, et sanguine, et suffocato, illi tempori congruisse, ut inter Iudaeos et Gentilles dissensionis materia tolleretur, cuius Apostolicae prohibitionis causa cessante, etiam cessavit effectus.

19. Asemenea venerezu si primescu Sinodulu Tridentinu, si marturisescu cele, ce s'au definitu si dechiaratu in acel'a, si mai cu séma: cà in Liturgia se aduce lui Domnedieu sacrificiu adeveratu, propriu si propitiatoriu pentru cei vii si pentru cei repausati; si cà in Preasantulu Sacramentu alu Eucharistiei (conformu credintiei, carea totu de a un'a a fostu in Biserica lui Domnedieu) se cuprinde adeveratu, in realitate si substantialminte trupulu si sangele, impreuna cu sufletulu si divinitatea Domnului Nostru Isusu Christosu, si prin urmare Christosu intregu; si cà se stramuta tota substanti'a panei in trupu, si tota substanti'a vinului in sange, carea stramutare Biseric'a catolica forte bine o numesce prefacere (transubstantiatiune), si cà sub fiasce-care specie si sub singuraticele particele ale ori-carei specie, dupa facut'a separare, se cuprinde Christosu intregu.

20. Mai incolo, cà siepte sunt Sacramintele legei celei noue de Domnulu nostru Isusu Christosu infientiate spre mantuirea genului omenescu, cu tote cà nu tote sunt de lipsa toturoru, anume: Botezulu, Confirmatiunea, Eucharistí'a, Penitenti'a, Ungerea de pre urma, Chirotoni'a si Casatori'a, si cà acele conferescu daru; si cà dintre aceste Botezulu, Confirmatiunea si Chirotoni'a nu se potu repetí.

21. Asemenea cà Botezulu e necesariu spre mantuire, sî dreptu ace'a déca e aprope periculului de morte, trebue conferitu indata fara nice una amenare, si cà conferindu-se de ori si cine, si ori si candu sub recerut'a materia, forma si intentiune, este validu.

22. Mai incolo cà legatur'a Sacramentului Casatoriei este indissolubila si cu tote cà pentru adulteriu, heresu seau alte cause se pote intemplá intre conjugi despartire dela patu si conlocuire, totusi nu li este iertatu a contrage alta casatoria.

23. Apoi cà traditiunile Apostolice si Eclesiastice sunt de a se primí si venerá.

24. Cà Christosu a lasatu in Biserica si poterea indulgintieloru, si cà intrebuintiarea acelor'a este forte salutaria poporului crestinu.

25. Asemenea primescu si marturisescu cele ce s'au



19. Pariter veneror et suscipio Tridentinam Synodum, et profiteor quae in ea definita et declarata sunt, et praesertim: offerri Deo in Missa verum, proprium, et propitiatorium sacrificium pro vivis et defunctis; atque in Sanctissimo Eucharistiae Sacramento (iuxta fidem quae semper in Ecclesia Dei fuit) contineri vere, realiter, et substantialiter corpus et sanguinem, una cum anima et divinitate Domini Nostri Iesu Christi, ac proinde totum Christum; fierique conversionem totius substantiae panis in Corpus, et totius substantiae vini in sanguinem, quam conversionem catholica Ecclesia aptissime transubstantiationem appellat; et sub unaquaque specie et singulis cuiusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri.

20. Item, septem esse novae legis Sacramenta a Christo Domino Nostro instituta ad salutem humani generis, quamvis non omnia singulis necessaria, videlicet: Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Poenitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem et Matrimonium, illaque gratiam conferre; et ex his Baptismum, Confirmationem, et Ordinem iterari non posse.

21. Item, Baptismum esse necesarium ad salutem; ac proinde si mortis periculum immineat, mox sine ulla dilatione esse conferendum; et a quocumque, et quandocumque sub debita materia, forma, et intentione collatum, esse validum.

22. Item, Sacramenti Matrimonii vinculum indissolubile esse: et quamvis propter adulterium, haeresim, aut alias causas possit inter coniuges thori et cohabitationis separatio fieri, non tamen illis aliud matrimonium contrahere fas esse.

23. Item, Apostolicas, et Ecclesiasticas traditiones suscipiendas esse, et venerandas.

24. Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum christiano populo maxime salutarem esse.

25. Pariter, quae de pecato originali, de Iustificatione,

definitu in atinsulu Sinodu Tridentinu despre pecatulu originalu, despre indreptare (Justificare), despre Canonulu si interpretatiunea cartiloru sacre atâtu ale Testamentului Vechiu câtu si ale celui Nou.

26. Apoi venerezu si primescu Sinodulu ecumenicu Vaticanu, si tote cele propuse, definite si dechiarate de densulu, mai vertosu cele despre Primatulu Pontificelui Romanu, si despre magisteriulu lui infalibilu cu tota tari'a le primescu si le marturisescu.

27. Mai incolo primescu si marturisescu tote cele alalte, câte le primesce si le marturisesce Sant'a Biserica a Romei; si de odata tote cele contrarie, si schismele si heresuriile osêndite, reieptate si anathemisate de catra ace'a-si Biserica, eu asemenea le osêndescu, le reieptezu si le anathemisezu.

28. Preste aceste promitu si juru ascultare adeverata Pontificelui Romanu urmatoriulu Fericitului Petru Corifeului Apostoliloru si Vicariulu lui Isusu Christosu.

29. Credinti'a acést'a a Bisericei catolice, afara de carea nime nu se pote mantuí, pre carea acum de buna voia o marturisescu, si adeveratu o tienu, me apromitu pre ace'a-si intréga si cu ajutoriulu lui Domnedieu pana la suflarea cea de pre urma a vietiei nevetamata statornicesce a o retiené si marturisí, si a me ingrigí, cá ace'a, in câtu va aterná dela mine, si de catra supusii mei, seau de catra acei-a, a caroru portare de grigia se va tiené de mine dupa oficiulu meu, se se tiena, invetie si predice: Eu acel'a-si N. N. promitu, me legu, si juru.

Asia se-mi ajute Domnedieu, si acésta santa a lui Domnedieu Evangelia.

§. 3.

Dupa acésta formula sunt datori a-si marturisí credinti'a toti credintiosii orientali, cari sunt uniti cu Sant'a Maica Biserica a Romei. Dar' mai vertosu au datorintia stricta a-si marturisí credinti'a dupa formul'a cuprinsa in paragrafulu precedentu atâtu Schismaticii, cari se intorcu la sant'a unire, câtu si toti acei-a, cari cá functionari bisericesci



de sacrorum librorum tam Veteris, quam Novi Testamenti indice et interpretatione in praedicta Tridentina Synodo definita sunt, suscipio et profiteor.

26. Item veneror et suscipio oecumenicam Synodum Vaticanam, atque omnia ab eadem tradita, definita et declarata, praesertim de Romani Pontificis Primatu, ac de eius infallibili magisterio, firmissime amplector et profiteor.

27. Caetera item omnia suscipio et profiteor, quae recipit et profitetur Sancta Romana Ecclesia; simulque contraria omnia, et schismata et haereses ab eadem Ecclesia damnatas, reiectas et anathematizatas, ego pariter damno, reiicio et anathematizo.

28. Insuper Romano Pontifici, Beati Petri Principis Apostolorum successori, ac Iesu Christi Vicario, veram obedientiam spondeo ac iuro.

29. Hanc fidem Catholicae Ecclesiae, extra quam nemo salvus esse potest, quam in praesenti sponte profiteor, et veraciter teneo, eamdem integram et inviolatam usque ad extremum vitae spiritum constantissime, Deo adiuvante, retinere et confiteri, atque a meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in meo munere spectabit, teneri, doceri et praedicari, quantum in me erit, curaturum, Ego idem spondeo, voveo et iuro.

Sic me Deus adiuvet, et haec Sancta Dei Evangelia.

§. 3.

Iuxta hanc formulam tenentur omnes orientales fideles cum Sancta Matre Ecclesia Romana communionem habentes fidem suam profiteri. Maxime autem fidem ipsam iuxta formulam paragrapho praecedenti comprehensam profiteri stricte tenentur, praeter Schismaticos, qui ad sacram unionem redeunt, omnes illi, qui officiis ecclesiasticis fungentes reliquis exemplo fidei

trebue se premérga altor'a cu esemplu de credintia curata si nevetamata, de credintia viua si constanta, si cu deosebire inainte de a-si incepe functionarea cá atari. Deci mai alesu sunt obligati a depune marturisirea credintiei urmatorii functionarii bisericesci:

1. Episcopii neo-denumiti inainte de consacrare.
2. Abatii si Archimandriti inainte de santîre.
3. Canonicii inainte de instalare si primire in Coru.
4. Membrii Conciliului provincialu si ai Sinodului diecesanu la inceputulu Sinodului.
5. Clericii inainte de ordinare.
6. Preotii dispusi la parochie inainte de introducere in beneficiu.
7. Confessarii constituiti spre acést'a.
8. Concionatorii tramisi spre ace'a.

---

# TITULULU II.

## Constitutiunea Capitulului metropolitanu.

*In generalu.*

§. 1. Capitululu metropolitanu cá atare, fundatu in virtutea resolutiunei regesci preainalte emanate pre bas'a protocolului Conferintiei ministeriale din 18 Novembre 1850, este redicatu si canonizatu cu auctoritatea Bullei Apostolice a Summului Pontifice Piu alu IX-le datate la 24 Novembre 1853.

§. 2. Constitutiunea Capitulului catedralu cá corporatiune publica in sensulu dreptului canonicu comunu, si alu consuetudinei legale, cuprinde in sine patru referintie designate in urmatoriele patru Sectiuni:

Sectiunea I. Capitulu cá corporatiune de sine statatoria.
Sectiunea II. Cá functionariu bisericescu.
Sectiunea III. Cá consiliariulu Archiepiscopului diecesanu.
Sectiunea IV. Cá administratoriulu funduriloru diecesane.



integrae et inviolatae, itemque vivae et constantis praeire obligantur; praesertim autem antequam munere suo qua tales fungi incipiant. Ad hoc itaque potissimum tenentur sequentes officiis ecclesiasticis functuri:

1. Episcopi neo-nominati ante consecrationem.
2. Abbates atque Archimandritae ante benedictionem acceptam.
3. Canonici ante possessionem et receptionem in Choro.
4. Membra Concilii provincialis et Synodi dioecesanae antequam Sinodus inchoetur.
5. Clerici antequam ordinentur.
6. Presbyteri ad parochias dispositi antequam immittantur in possessionem.
7. Confessarii ad hoc constituti.
8. Concionatores ad id missi.

---

# TITULUS II.

## Constitutiones Capituli Metropolitani.

*In genere.*

§. 1. Capitulum metropolitanum, qua tale tenore altissimae resolutionis regiae emanatae in sequelam protocolii Conferentiae ministerialis diei 18 Novembris 1850 fundatum, de auctoritate Apostolicae Bullae Summi Pontificis Pii IX diei 24 Novembris 1853 institutum et canonizatum est.

§. 2. Constitutio Capituli cathedralis qua publicae corporationis in sensu iuris canonici communis, et consuetudinis legalis, continet in se quatuor relationes in sequentibus quatuor Sectionibus designatas.

Sectio I. Capitulum qua corporatio per se subsistens.
Sectio II. qua functionarius ecclesiasticus.
Sectio III. qua consiliarius Archi-Episcopi dioecesani.
Sectio IV. qua administrator fundorum dioecesanorum.

*In specialu.*

## SECTIUNEA I.

*Capitululu cá corporatiune.*

### CAPU I.

**Consistinti'a Capitulului metropolitanu.**

§. 1.

Capitululu metropolitanu cá Corporatiune seau Collegiu de sine statatoriu constitue in toti membrii sei unu corpu intregu si nedespartibilu; si cá atare si-are capulu propriu in person'a Prepositului, care se alegé in sensulu literiloru Fundatiunei Babiane emanate la 1 Februariu 1807. Éra cei alalti membrii in numeru de noue, toti au drepturi egale si asemene obligatiuni; si se deosebescu intre sine numai dupa stalele demnitatiloru singuratice, ce le ocupa.

§. 2.

Demnitatile si oficiele speciale sunt acestea:
Archipresbiteru (Prepositu).
Archidiaconu (Lectoru).
Primiceriu (Cantoru).
Eclesiarcu (Custode).
Scolasticu (Magistrulu ritului).
Cartofilace (Cancelariu).
Teologu.

In Capitululu metropolitanu mai sunt inca trei stale de fundatiune regésca, cari se cuprindu in aceste numiri speciale, adeca: Penitentiariu, Referendariu, si Prebendatu.

§. 3.

Toti Canonicii catedrali amintiti dupa numirile staluriloru, ce le ocupa, inainte de introducerea loru in Stalu si Capitulu, au se depuna marturisirea credintiei dupa formul'a prescrisa de Santulu Scaunu Apostolicu pentru Orientali, carea se gasesce espusa in Titululu precedentu I. § 2.



*In specie.*

## SECTIO I.

*Capitulum qua corporatio.*

### CAPUT I.

**Consistentia Capituli metropolitani.**

§. 1.

Capitulum metropolitanum, qua Corporatio seu Collegium per se subsistens, in omnibus suis membris constituit unum Corpus integrum et indivisibile; et qua tale proprium habet caput in persona Praepositi, qui eligitur in sensu literarum fundationis Babbianae sub die 1 Februarii 1807 emissarum. Reliqua vero membra numero novem aequalia habent iura et aequales obligationes; et distincta inter se solummodo sunt secundum singularium dignitatum stalla, quae ipsa ocupant.

§. 2.

Dignitates et officia specialia sunt haec:
Archipresbyter (Praepositus).
Archidiaconus (Lector).
Primicerius (Cantor).
Ecclesiarcha (Custos).
Scholasticus (Magister ritus).
Charthophylax (Cancellarius).
Theologus.

In Capitulo metropolitano sunt adhuc tria stalla fundationis regiae, quae sub his specialibus titulis continentur, nimirum: Poenitentiarii, Referendarii et Praebendati.

§. 3.

Omnes Canonici cathedrales memorati iuxta nomina stallorum, quae occupant, ante receptionem eorum in Choro et Capitulo emittere debent professionem fidei iuxta formulam a S. Sede pro orientalibus praescriptam, quae exposita habetur in superiori Tit. I. § 2.

§. 4.

Membrii Capitulului metropolitanu de fundatiune Babiana numai in afacerile acele, ce se tienu strinsu de interesele si causele aceleiasi fundatiuni, constituescu corporatiune separata de cei alalti membrii ai fundatiunei regesci.

CAPU II.

**Agendele Capitulului cá Corporatiune.**

§. 5.

Intregu Capitululu metropolitanu cá Corporatiune de sine statatoria, are dreptu si obligatiune in sensulu dreptului canonicu si alu consuetudinei legale de a se constituí cá atare, si de a-si face statute seau Constitutiuni capitularie proprie; precum si de a-si determiná si desbate agendele proprie, si a decide asupr'a afaceriloru curatu capitularie.

§. 6.

Statutele, ce se voru aduce prin Capitululu metropolitanu cu privire la sine cá corporatiune, numai atunci potu avé valóre deplina, deca voru fí votate de $^2/_3$ parti ale intregu Capitulului; si numai in acelu casu potu se aiba potere legala si pentru succesori, déca se voru aprobá de Metropolitu cá Ordinariulu Archidiecesei; numai câtu acele se nu contiena nemica in contra Constitutiuniloru presente aprobate de Santulu Scaunu Apostolicu, seau in contra Constitutiuniloru Apostolice.

§. 7.

Atari statute se voru aduce, si afacerile capitularie se voru pertractá si decide totu de a un'a in sensiunile capitularie, la cari toti membrii Capitulului legalminte neimpiedecati trebue se convina spre a conlucrá cu votu egalu.

§. 8.

Sesiunile capitularie au se se tiena in localitatea destinata spre acést'a si sub presidiulu Prepositului, celu pucinu una data pre luna, si anume totu de a un'a Luni dupa prim'a calindariului vechiu. Ér' decumva voru fí cause si interese, ce aru



§. 4.

Membra Capituli metropolitani fundationis Babbianae tantum in negotiis, quae stricte concernunt interesse et causas fundationis eiusdem constituunt corpus separatum a membris capitularibus fundationis regiae.

CAPUT II.

**Agenda Capituli qua Corporationis.**

§. 5.

Integrum Capitulum metropolitanum qua Corporatio per se subsistens ius habet et obligationem, in sensu iuris canonici et consuetudinis legalis, se se qua talem constituendi, et propria statuta, seu Constitutiones Capitulares condendi; prouti etiam agenda propria determinandi, eaque discutiendi, et de negotiis pure capitularibus decidendi.

§. 6.

Statuta per Capitulum metropolitanum qua corporationem pro se lata tunc tantum possunt habere plenum valorem, si deliberata sint per $^2/_3$ partes intregi Capituli; atque eo tantum in casu possunt habere vim legalem etiam pro successoribus, si approbata sint per Metropolitam qua Ordinarium Archi-Dioeceseos; dummodo nil contineant contra praesentes Constitutiones a S. Sede approbatas, vel contra Constitutiones Apostolicas.

§. 7.

Talia statuta sunt semper ferenda, et negotia capitularia pertractanda atque decidenda in sessionibus capitularibus, ad quas omnes Capitulares legitime non impediti convenire debent aequale votum collaturi.

§. 8.

Sessiones capitulares tenendae sunt in loco ad hoc destinato et praesidente Praeposito; eaeque saltem semel in mense, et quidem semper die lunae post primam calendarii veteris. Quod si vero adsint causae rationesque, quae frequen-

recere pertractari mai dese, voru avé se se tiena si mai adese-ori, ma chiar' si in tota septeman'a de va fí de lipsa.

§. 9.

Decisiunile si conclusele in afaceri se voru aduce cu maioritate de voturi; si despre decursulu desbateriloru si a decisiuniloru causeloru pertractate trebue se se faca protocolu formalu; si acest'a se va tiené de oficiulu Actuariului, carele de comunu va fí ultimulu Canonicu, seau altulu, pre care-lu va alege Capitululu.

§. 10.

Atâtu protocolele, câtu si actele relative la causele capitularie voru fí de a se presentá Prepositului, carele apoi le va transpune Canonicului Actuariu spre a le esecutá dupa norm'a prescrisa. Tote actele dupa pertractare se voru depune in Archivulu capitulariu, carele se va asiediá in cas'a capitularia spre ace'a menita sub grigea Canonicului Cancelariu.

§. 11.

Capitululu in partea s'a de fundatiune Babiana cá atare are dreptu si obligatiune „in solidum“ de a grigí de posesiunile, realitatile si tote edificiele proprie capitularie; si asia a dispune la tempulu seu cele recerute spre conservarea si restaurarea acelor'a conformu literiloru fundationale citate la §. 1. Sect. I.

§. 12.

Cass'a Capitulului se va pastrá in localitate secura si asecurata in contr'a focului.

§. 13.

Agendele, ce se prescriu pentru Canonicii Bobiani in puntele 2 si 3 ale Literiloru fundatiunale indicate in paragrafulu precedentu nu voru fí a se lasá nice cându din vedere.

CAPU III.

**Representarea Capitulului cá Corporatiune.**

§. 14.

Prepositulu cá presiedintele Capitulului va representá pretutindinea Capitululu cá corporatiune, si pentru ace'a va subscrie



tiores exposcant sessiones, saepius etiam erunt tenendae, imo et in omni hebdomada, si necesse sit.

§. 9.

Decisiones atque conclusiones negociorum sunt ferendae per pluralitatem votorum; et super decursu discussionum ac dicisionum rerum pertractatarum protocollum formale confici oportet; atque id pertinebit ad officium Actuarii, qui de regula erit ultimus Canonicus, aut alius, quem Capitulum eliget.

§. 10.

Tam protocolla quam etiam acta relativa ad causas Capitulares exhiberi debent Praeposito, qui eadem transmittet Canonico Actuario ad ipsarum executionem iuxta normam praescriptam. Omnia acta post deliberationem reponentur in Archivio Capituli; et Archivium collocabitur in domo capitulari ad hunc finem destinata sub cura Canonici Cancellarii.

§. 11.

Capitulum in sua parte fundationis Babbianae qua tale ius habet et obligationem in solidum curam gerendi possessionum, realitatum et omnium aedificiorum proprie capitularium; atque ita disponendi suo tempore necessaria ad conservationem et restaurationem eorum ad formam literarum fundationis §. 1. Sect. I.

§. 12.

Arca capitularis conservanda erit in localitate tuta et assecurata contra incendium.

§. 13.

Agenda pro Canonicis Babbianis punctis 2 et 3. Litterarum fundationis in §. praecendi indicatarum praescripta nunquam erunt ex consideratione omittenda.

CAPUT III.

**Representatio Capituli qua Corporationis.**

§. 14.

Praepositus velut Capituli praeses ubique repraesentabit Capitulum qua corporationem, ideoque subscribet et expediet

si tramite la locurile s'ale tote actele oficiose, ce au se fia emanate din partea Capitulului.

§. 15.

Din acestu punctu de vedere Capitululu va avé sigilulu seu propriu, care se va pastrá la Prepositu, cá cu acel'a se se provedia tote speditiunile capitularie oficiose.

CAPU IV.

**Drepturile Capitulului metropolitanu in tempulu vacantiei Scaunului Archiepiscopescu.**

§. 16.

La casu candu Scaunulu metropolitanu devine vacantu, jurisdictiunea preste Archidiecesa trece la Capitulu, inse cu ace'a datorintia, cá in restempu de optu dîle se-si aléga din sinulu seu dupa modalitatea prescrisa in Sinodulu primu Vicariu capitulariu generalu, la care apoi trece jurisdictiunea ordinaria archidiecesana, in virtutea carei-a conduce si gubernéza Archidieces'a pana la instalarea noului Metropolitu. Afara de ace'a Capitululu 'si va constituí in cele temporale unu Economu.

§. 17.

La actulu alegerei noului Metropolitu toti Canonicii capitulari, atâtu cei de fundatiunea Bobiana, câtu si cei de fundatiunea regésca au votu virilu, cu care acei-a concurgu personalminte la alegerea Metropolitului.

SECTIUNEA II.

*Capitululu cá Functionariu bisericescu.*

CAPU I.

**Agendele Capitulariloru cá Functionari bisericesci.**

§. 18.

Toti membrii capitulari au de a amblá la sant'a biserica in tote dîlele, nefiendu legalminte impiedecati, spre a luá parte la cultulu divinu cu tota pietatea; afara de ace'a sunt obligati a tiené servitiele singuratice dupa prescrierile rituale si datin'a locala.



ad sua loca omnia acta officiosa, quae ex parte Capituli emittenda sunt.

§. 15.

Ad hunc effectum Capitulum proprium habebit sigillum, quod apud Praepositum servabitur; ita ut cum eo signentur omnes expeditiones capitulares officiosae.

CAPUT IV.

**Iura Capituli metropolitani Sede Archiepiscopali vacante.**

§. 16.

In casu, quo Sedes metropolitana vacabit, iurisdictio Archidioeceseos derivatur ad Capitulum, ea tamen lege, ut intra octiduum e gremio suo constituat iuxta modum in I^a Synodo praescriptum Vicarium capitularem generalem, ad quem transit iurisdictio ordinaria Archidioeceseos, vi cuius is ordinat et gubernat Archidioecesim usque ad installationem novi Metropolitae. Praeterea idem Capitulum constituet pro temporalibus Oeconomum.

§. 17.

Ad actum electionis novi Metropolitae omnes Canonici capitulares tam fundationis Babbianae, quam regiae convenientes virili gaudent voto, quo ipsi personaliter concurrunt ad electionem Metropolitae.

SECTIO II.

*Capitulum qua Functionarius ecclesiasticus.*

CAPUT I.

**Agenda Capitularium qua functionariorum ecclesiasticorum.**

§. 18.

Omnia Capituli membra tenentur quotidie sanctam Ecclesiam frequentare, nisi legitime impediantur, ut cultui divino cum omni pietate intersint; praeterea obligantur adimplere singula servitia secundum praescriptiones rituales et consuetudinem loci.

§. 19.

Asemenea sunt detori a celebrá pre rêndu sant'a liturgia solemna in Beseric'a catedrala in tote dominecele si serbatorile mai mari de preste anu. In acel'a-si modu sunt detori Canonici de fundatiunea Bobiana a celebrá si votivalele, atâtu in Catedrala, câtu si in Biseric'a din Curtea metropolitana, dupa prescriptele Literiloru fundationale.

§. 20.

Cându va celebrá Metropolitulu, ori cându acel'a va implinî alte functiuni sacre, toti membrii capitulari au de a concelebrá: precum si a luá parte la tote acele functiuni sacre, la cari voru fí invitati din partea Metropolitului.

§. 21.

Asemenea sunt obligati Canonicii capitulari respectivi a tiené strinsu si prescrisele punctului 4 din Literile fundationale amintite la § 1.

CAPU II.

**Curatorulu Bisericei metropolitane.**

§. 22.

Canoniculu Custode, seau unu altu Canonicu capitulariu, carele va fí alesu spre ace'a cu aprobarea Metropolitului, va duce oficiulu de Curatoru alu Bisericei metropolitane, carele cá atare va portá grige de curatieni'a si bunastarea atâtu a bisericei catedrale câtu si a celei din Curtea metropolitana; mai incolo de starea edificieloru bisericesci numite si instructiunea loru interna, de vestimintele, ornatele si vasele sacre, de cartîle rituale si cele corale, si asia de provisiunea totala receruta la cultulu divinu.

De odata va grigí cá sierbitorii biserîceloru amintite se-si implinésca datorintiele loru cu acurateti'a receruta.

§. 23.

Curatorulu numitu spre a poté corespunde mai bine toturoru obligatiuniloru descrise in § 22 vá poté propune, cá se i se dée unu adjunctu dintre ceialalti Canonici metropolitani.



§. 19.

Ita etiam tenentur iuxta ordinem sacram liturgiam solemnem in templo Cathedrali omnibus dominicis et festis maioribus per annum celebrare. Eodem modo tenentur Canonici fundationis Babbianae sacra quoque votivalia, tam in Cathedrali, quam in templo aulico, iuxta praescripta Literarum fundationalium peragere.

§. 20.

Dum Metropolita celebrabit, aut dum idem alias functiones sacras peraget, omnia Capituli membra concelebrare tenentur; prouti etiam participare debent omnibus illis functionibus sacris, ad quas per Metropolitam invitabuntur.

§. 21.

Eodem modo Canonici capitulares respectivi obligantur stricte observare praescripta puncti IV. Literarum fundationalium memoratarum § 1.

CAPUT II.

**Curator Ecclesiae metropolitanae.**

§. 22.

Canonicus Custos, vel alter Canonicus capitularis, qui ad hoc electus fuerit cum approbatione Metropolitae, fungetur Officio Curatoris Ecclesiae metropolitanae; qui qua talis curam geret munditiae, bonique status templorum tam cathedralis quam et ita dicti aulici; item status aedificiorum dictorum templorum, et instructionis internae, vestimentorum, ornatuum et vasorum sacrorum, librorum ritualium et choralium, atque ita cuiuscumque provisionis ad cultum divinum pertinentis.

Simul curam habebit, ut inservientes praedictis templis omnes obligationes suas cum debita diligentia adimpleant.

§. 23.

Curator praenominatus, quo melius possit correspondere omnibus agendis in § 22 descriptis, proponere poterit, ut ex aliis Canonicis metropolitanis sibi detur Curator adiunctus.

§. 24.

Spese mai insemnate, ce aru trece preste sum'a de 50 fl. v. a., spre procurarea ornateloru si a altoru cerintie catedrale, seau spre reparature mai mari, nu va poté face Curatorulu Bisericei metropolitane, decâtu numai dupa-ce mai antaiu se va fí pusu in contielegere cu confratii Canonici in sesiune capitularia, si va fí obtienutu aprobarea Metropolitului.

§. 25.

Curatorulu Bisericei metropolitane va avé datorinti'a de a administrá si manipulá averea aceleiasi Biserice, avendu de a dá ratiuni documentate despre ace'a in totu anulu la finea lunei lui Decembre, cari ratiuni voru fí a se censurá mai antaiu prin Capitularii deputati din sesiunea capitularia.

## SECTIUNEA III.

*Capitululu cá Consiliariu alu Metropolitului.*

### CAPU I.

**Capitularii cá asesori consistoriali, si consiliari la alte Tribunale archidiecesane.**

§. 26.

Toti Canonicii capitulari metropolitani au datorintia strinsa a dá mana de ajutoriu Metropolitului la gubernarea Archidiecesei si la conducerea intregei Provincie bisericesci.

§. 27.

Si pentru ace'a toti Canonicii sunt datori a se presentá la tote sesiunile consistoriale, ale Tribunaleloru matrimoniale, ale Esactoratului archidiecesanu, si ale Comisiunei scolastice metropolitane, precum si a conveni la tote conferintiele atâtu publice câtu si private, la cari voru fí chiamati, si la tote acestea a luá parte activa cu totu zelulu si incordarea, ce numai se pote asteptá.

§. 28.

Din acestu punctu de vedere toti membrii capitulari au dreptu si obligatiune de a se interesá de causele comune atâtu



§. 24.

Expensas notabiliores, quae summam 50 fl. v. a. excederent, in procurandis ornatibus aliisque requisitis cathedralibus, aut pro maioribus reparationibus, facere non poterit Curator Ecclesiae metropolitanae, nisi de intelligentia in sessione capitulari cum confratribus Canonicis prius inita, atque approbatione a Metropolita impetrata.

§. 25.

Curator Ecclesiae metropolitanae habebit obligationem administrandi et gerendi curam peculii eiusdem Ecclesiae; ita quidem ut rationes documentatas super iis quotannis sub fine mensis decembris reddere teneatur; ipsaeque prius per Capitulares in sessione capitulari deputatos dispungentur.

## SECTIO III.

*Capitulum, qua Consiliarius Metropolitae.*

### CAPUT I.

**Capitulares qua assessores consistoriales, et consiliarii penes alia Tribunalia archidioecesana.**

§. 26.

Omnes Canonici capitulares metropolitani habent districtam obligationem auxiliatricem porrigendi manum Metropolitae in gubernanda Archidioecesi, ac integra Provincia ecclesiastica dirigenda.

§. 27.

Idcirco iidem obligantur ad singulas sessiones Consistorii, Tribunalium matrimonialium, Exactoratus archidioecesani, et Commissionis scholasticae metropolitanae comparere; prout etiam intervenire tenentur ad omnes consultationes tam publicas quam privatas, ad quas vocati fuerint, et in his omnibus partem sumere activam cum omni zelo acsollicitudine, iuxta propriam idoneitatem.

§. 28.

Ex hoc considerationis puncto omnia membra Capituli ius habent et obligationem sollicitandi communes tam Archidioeceseos

care Canonicu se fia administrate?, se va face in sesiunile consistoriale, avendu acelea si altumintrea a fí administrate tote sub inspectiunea suprema a Ordinariatului.

§. 33.

Fia-care Canonicu administrator va avé langa sine altu Canonicu coadjutoru, care in calitate de adjunctu si controloru va luá parte la tote agendele administrarei fonduriloru si fundatiuniloru concrediute acelui-a; cá asia se-si castige cunoscientia fundata despre tota starea acelor'a; in privinti'a acést'a insa mai in detaiu se va decide in siedinti'a capitularia.

§. 34.

Administratorii voru ingrigí, cá capitalele, ce voru fí de elocatu, se se elóce in institute nepericulóse si secure; ér' elocarea loru la privati se se faca totu de a un'a in modulu elocariloru pupilarie, si cu intrevenirea advocatului Clerului, carele va face contractele si va indeplinî tote agendele juridice, ce sunt de lipsa cu privire la elocari, cá asia nice din punctu de vedere juridicu inca se nu se pericliteze nemica.

§. 35.

Capitularii cá administratori se voru ingrigí cu cea mai mare diligintia si de ace'a cá interusuriele capitaleloru se se incasseze la tempulu seu, si acele se se folosésca spre scopurile tientite de fundatorii insisi.

§. 36.

Observandu-se, cà orecarele dintre debitori ar' fí solvitoriu morosu, numai decâtu se se tiena sesiune capitularia, la carea se se chiame si advocatulu Clerului, cá se se decida procedur'a receruta spre incássarea capitalului seau a interusuriului inca restantu.

§. 37.

Tote obligatiunile, fia de ori si ce categoria, precum si contractele despre banii fundatiuniloru dati imprumutu, apoi banii gat'a, cari nu se potu elocá, trebue se se pastreze in



eaedem administrentur, fiet in sessionibus consistorialibus; quum secus etiam omnes sint administrandae sub inspectione suprema Ordinariatus.

§. 33.

Quilibet Canonicus administrator habebit sibi adsistentem alium Canonicum coadiutorem, qui in qualitate adiuncti et contraagentis in omnibus administrationibus fundorum et fundationum illi concreditarum cooperabitur; ita ut sibi notitiam fundatam de universo statu illarum acquirat; sed sub hoc respectu distinctius decidetur in sessione capitulari.

§. 34.

Administratores curabunt, ut capitalia investienda collocentur in tutis et securis institutis; et quatenus collocentur apud privatos, id fiat semper secundum collocationes pupillares, et cum interventu advocati Cleri, qui contractus rediget et omnia agenda iuridica respective ad collocationes necessaria peraget, ita ut nec sub respectu iuridico quidquam periclitetur.

§. 35.

Capitulares qua administratores id quoque maxima cum diligentia curabunt, ut fructus capitalium suo tempore exigantur, ipsique in scopos per ipsos fundatores determinatos impendantur.

§. 36.

Si observetur, quempiam ex debitoribus morosum esse in solvendo, mox sessio capitularis, ad quam etiam advocatus Cleri vocetur, erit tenenda quoad modum procedendi ad Capitale aut fructum adhuc debitum exigendum.

§. 37.

Omnes obligationes cuiuscumque sint categoriae, prout et contractus de elocata pecunia ad fundationes pertinente, item pecunia parata, quae collocari non possit, erunt con-

cass'a Vertheimiana, acarei-a chiài se voru impartî intre doi Capitulari, cá asia numai la olalta se o pota deschide. Cass'a acést'a se fia asiediata in localitate publica secura, spre esemplu la Custodele Capitulului.

CAPU II.

**Capitularii in calitate de censori si revisori ai ratiuniloru publice.**

§. 38.

Capitularii voru fí obligati a dá ratiuni esacte la capetulu fiacarui anu despre fondurile si fundatiunile archidiecesane administrate de ei; si aceste ratiuni se voru revedé si censurá mai antâiu prin deputatii esmisi din sinulu Capitulului, cari voru adauge la acele clausul'a de revisiune, dupa cum le voru fí gasitu facute.

§. 39.

Dupa-ce ratiunile amintite se voru fí revediutu si censuratu prin delegatii capitulari, si se voru fí aflatu esacte si bune, Capitululu le va substerne Ordinariatului, carele in Consistoriu va face dispositiunile de lipsa cu privire la acelea, si numai dupa acei'a se voru asterne, de va fí de lipsa, spre revisiune mai inalta.

§. 40.

Capitularii administratori respective manipulanti voru capatá absolutorie despre fondurile si fundatiunile concrediute administrarei domestice, cá asia in totu tempulu se se pota legitimá cu privire la modulu administrarei acelor'a.

§. 41.

Statutele aceste se se dée spre cetire si studiare la fiacare Canonicu nou, dupa-ce acel'a se va instalá in gremiulu Capitulului.

---



servanda in capsa Wertheimiana, cuius claves dividentur inter duos Capitulares, ut nonnisi simultanae possint eam reserare. Isthaec capsa in domo publica secura, exempli gratia, apud custodem Capituli, erit custodienda.

CAPUT II.

**Capitulares ut censores et revisores rationum publicarum.**

§. 38.

Capitulares erunt obligati sub fine cuiusvis anni super fundis et fundationibus archidioecesanis per ipsos administratis exactas reddere rationes; et ipsae primo per deputatos e gremio Capituli designatos revidebuntur ac dispungentur, appositis per eos revisionis clausulis, prouti nempe eas deductas esse invenerint.

§. 39.

Postquam rationes memoratae per delegatos Capitulares revisae et dispunctae, atque exactae et bonae repertae fuerint, Capitulum eas submittet Ordinariatui; qui in Consistorio necessaria disponet circa illas; et nonnisi post hoc subiicientur, si oporteat, superiori revisioni.

§. 40.

Capitulares administratores, et respective gestores super fundis et fundationibus administrationi domesticae concreditis obtinebunt absolutoria; ita ut de modo administrationis eorum omni tempore semetipsos legitimare valeant.

§. 41.

Statuta haec cuivis Canonico novo, post installationem eius in gremio Capituli factam, lectionis et studii causa resignentur.

---

# TITULULU III.

*Ducerea in deplinire a restaurarei Ordului religiosu alu Basilitiloru in acést'a Provincia bisericésca.*

v. Ri. - ... 155 CAPU I.

**Despre Monacii Basiliti.**

Dupa-ce decretele Sinodului provincialu tienutu la anulu 1872 sunt deja revediute, si cá atari au se se observeze conformu mandatului Santului Scaunu Apostolicu, prin ce si asiediementele, cari privescu restaurarea ordului Basilitiloru in Provinci'a nostra bisericésca, inca sunt aprobate; — asia a sositu tempulu, cá acum cu tota siguritatea se se puna inceputu câtu mai curendu la realisarea faptica a acestui lucru atâtu de momentosu pentru multifariele folóse, ce pote aduce Bisericei nostre.

CAPU II.

**Despre Calugaritie.**

Desi ori-cine cunosce folosele, ce le aducu Institutele de Moniale in tote locurile, unde esistu acelea; si desi se doresce cu tota ardorea, cá se se pota infientiá atari institute si pre teritoriulu acestei Provincie bisericesci, mai alesu pentru crescerea si instructiunea persoeloru de secsulu femeescu: totusi dupa-ce in tempulu de facia lipsescu cu totulu midĭlocele recerute la infientiarea ataroru Institute, acestu Conciliu provincialu de asta data nu pote face altu cev'a, decâtu se-si esprime dorinti'a sa ferbinte de a vedé cu tempulu infientiate atari Manastiri si in Diecesele acestei Provincie.

La acésta dorintia si-mai adauge si promisiunea, cà va conlucrá, cá se se castige dupa potintia midĭlocele, ce s'aru recere la redicarea aceloru Manastiri mai alesu in cetatile si opidele mai mari, unde cu tempu s'aru aflá scole de fetitie provediute cu midĭloce, ce aru inlesní infientiarea Manastiriloru de Calugaritie.

---



# TITULUS III.

*Executio restaurationis Ordinis religiosi Basilitarum in hac Provincia ecclesiastica.*

CAPUT I.

**De religiosis viris Basilitis.**

Quum decreta Synodi provincialis anno 1872 celebratae iam recognita, et qua talia observari mandatum sit a Sancta Sede Apostolica; eaquepropter etiam Institutiones ad restaurationem ordinis Basilitarum in Provincia nostra ecclesiastica faciendam spectantes perinde sunt probatae, idcirco nunc tempus est, ut hoc negocium quod propter multifarias ex ipso in Ecclesiam nostram redundantes utilitates tam magni esse momenti dignoscitur, cum omni securitate quamprimum fieri poterit, executioni mandari incipiat.

CAPUT II.

**De Monialibus.**

Quamvis nemo emolumenta ignoret, quae ex Institutis Monialium ubique locorum, ubi talia existunt, dimanant; et quamvis ardentissime desideretur, ut talia Instituta etiam in territorio huius Provinciae ecclesiasticae, praesertim pro educandis instituendisque personis sexus foeminei erigi possint; quum tamen, de praesenti media pro talibus Institutis erigendis requisita omnino desint, Concilium hoc provinciale hac vice nihil aliud efficere potest, quam fervens suum desiderium exprimere, videndi aliquando etiam in Dioecesibus huius Provinciae eiusmodi Monasteria erecta.

Huic desiderio etiam promissionem adiungit, se ad id esse cooperaturum, ut pro opportunitate media acquirantur, quae pro huiusmodi Monasteriis erigendis erunt necessaria; ac praesertim in urbibus et oppidis maioribus, ubi temporis decursu etiam scholae existerent puellarum, quae talibus sint provisae mediis, quibus erectio Monasteriorum Monialium facilior redderetur.

---

# TITULULU IV.

*Instructiune pentru judecatoriele bisericesci ale Provinciei metropolitane greco-catolice de Alb'a-Julia si Fagarasiu cu respectu la causele matrimoniale.*

## Sectiunea I.

### CAPU I.
**Despre Casatorie.**

§. 1. Casatori'a este legatur'a intre unu barbatu si una femee menita prin vointi'a lui Domnedieu spre propagarea genului omenescu si spre ajutoriulu imprumutatu. Acésta casatoria, carea inca dela inceputulu seu a fostu instituita asia, cá se fia indissolubila, si a primitu ace'a lege, cá conjugii se fia doi in unu trupu, Domnulu Christosu a adus'o érasi la demnitatea ei primeva si a redicat'o la demnitatea de sacramentu alu legei noue.

§. 2. Casatori'a se incheia cu invoirea libera si imprumutata a ambiloru conjugi, deca acestia suntu persone apte spre a o incheiá.

### CAPU II.
**Impedimentele derimatorie de casatoria.**

§. 3. Neapti pentru incheiarea unei casatorie valide sunt aceia, pre cari i dechiara de atari legea divina seau bisericésca; deci:

§. 4. a) Nu potu incheiá casatoria nebunii, furiosii, pruncii si toti aceia, cari nu suntu capabili a-si dá consemtiementulu, ce-lu recere firea lucrului.

b) Asemenea nu potu contrage casatoria cei ce sunt de totu beti, pre câtu tempu tiene starea betiei totale.

c) Apoi in intielesulu Santeloru Canone nu potu incheiá casatoria valida nice tinerii, cari nu au implinitu patru-spre-diece ani, si fetele, cari nu au implinitu doisprediece ani; pentru-cà inainte de etatea acést'a atâtu tinerii câtu si fetele



# TITULUS IV.

*Instructio pro judiciis ecclesiasticis Provinciae metropolitanae graeco-catholicae Alba-Iuliensis et Fogarasiensis quoad causas matrimoniales.*

## Sectio I.

### CAPUT I.
**De Matrimonio.**

§. 1. Matrimonium est coniunctio maris et foeminae ad propagationem humani generis, et ad mutuum adiutorium Dei voluntate ordinata: quod cum in ipsis eius primordiis indissolubile esset institutum, et eam accepisset legem, ut coniuges duo essent in carne una, a Christo Domino ad pristinam dignitatem reductum et in sacramentum novae legis evectum est.

§. 2. Matrimonium libero ac mutuo amborum coniugum consensu contrahitur, dummodo ii ad contrahendum habiles sint.

### CAPUT II.
**De impedimentis matrimonium dirimentibus.**

§. 3. Ad valide ineundum matrimonium inhabiles sunt ii, quos lex divina vel ecclesiastica qua tales pronuntiat; unde:

§. 4. a) Amentes, furiosi, infantes, et quicumque impares sunt talem, qualem rei natura exigit, consensum praestando, matrimonium contrahere nequeunt.

b) Item totaliter ebrii, quamdiu totalis ebrietatis status perdurat, matrimonium contrahere non possunt.

c) Dein iuxta mentem SS. Canonum etiam pueri, qui decimum quartum, nec non puellae, quae duodecimum aetatis annum nondum compleverint, validum matrimonium contrahere nequeunt; nam ante hanc aetatem tam pueri quam puellae

se presupunu dupa dreptu, cà nu au constitutiunea fisica si judecat'a matura receruta la incheiarea unei casatorie valide, si cá atari se numescu impuberi. La casu inse candu impuberulu ori impuber'a s'ar casatorí, si s'ar constatá, cà are judecat'a matura si constitutiunea fisica receruta, casatori'a este valida.

§. 5. a) Din lips'a consensului este nula si invalida casatori'a incheiata cu erorea in person'a fiitoriului conjuge, seau cu erorea cualitatei, ce determina in modu substantialu person'a.

b) Totu din lips'a consensului nu este valida casatori'a incheiata de sila fisica, cându adeca cineva este silitu la darea consensului prin batài seau lovituri grele corporale din partea acelor'a, caror'a este supusu; seau cându cineva se astringe moralicesce la incheiarea casatoriei, adeca prin amenintiarea cu unu reu din afara relative mare, nedreptu, certu si neevitabilu, care ar' poté infricá si pre unu barbatu constantu si solidu. Cu tóte acestea casatori'a incheiata de sila ori frica se convalidéza indata ce partea, carea a fostu silita ori infricata, recastigandu-si deplinu libertatea, si cunoscêndu nevaliditatea casatoriei, va fí suplinitu consensulu cu cuventulu seau cu fapt'a. Totu asia se intempla si la casatori'a incheiata din eróre, ori cu consensu faciaritu.

c) Muierea carea in contra vointiei sale a fostu rapita cu scopulu de a se casatorí, nu pote contrage casatoria valida cu rapitoriulu ei, pre câtu tempu se afla sub potestatea aceluia. Cá rapita se considera ace'a persona, care se rapesce cu potere fisica, seau se detiene in unu locu, unde a fostu adusa cu insielatiune.

d) Consensulu datu sub ore-care conditiune, ce este in contra substantiei seau firei casatoriei, face casatori'a nula. Alte conditiuni, ce contienu ceva cu nepotintia, seau immoralu ori de rusîne se considera de nepuse.

§. 6. Nepotinti'a de a prestá debitulu conjugalu, deca este antecedenta si necurabila, face casatori'a invalida si nula.

§. 7. Cei ce suntu legati prin casatoria valida nu mai potu incheiá alta casatoria, pana candu duréza viéti'a ambiloru casatoriti.



physicam potentiam, aeque ac iudicii maturitatem ad matrimonium valide contrahendum requisitam, de iure non habere praesumuntur, et qua tales impuberes dicuntur. Casu autem, quo impuber puer vel puella contraheret, sed constaret, quod impuber iudicii maturitate aeque ac physica potentia requisita polleat, matrimonium validum est.

§. 5. a) Ob defectum consensus nullum et invalidum est matrimonium cum errore personae futuri coniugis contractum, vel cum errore qualitatis substantialiter in personam redundantis.

b) Ex eodem consensus defectu invalidum est matrimonium vi physica contractum, quando nempe aliquis verberibus aut gravibus corporis afflictionibus ab iis, quorum potestati obnoxius est, ad praestandum consensum adigatur; vel quando aliquis moraliter, idest comminatione mali alicuius externi relative gravis, iniusti, certi ac inevitabilis, quod virum etiam alias constantem et cordatum terrere possit, ad ineundum coniugium compellatur. Attamen vi metuque initum matrimonium, convalidatum censetur quamprimum pars, quae violentiae iniustae suberat, libertate plene recuperata, et matrimonii invaliditate cognita, verbo, factove assensum suppleverit. Idem dicendum de matrimonio contracto errore, vel simulato consensu.

c) Mulier, quae matrimonii ineundi causa invito animo rapta fuerit, cum raptore, quamdiu in eiusdem potestate manserit, matrimonium valide contrahere nequit. Rapta censenda est persona, quae vi phisica abducitur, vel in loco, ad quem dolo allecta est, detinetur.

d) Consensus sub conditione matrimonii substantiae seu essentiae contraria datus nullum reddit matrimonium. Conditiones aliae impossibile quidpiam, aut immorale vel turpe continentes pro non appositis habentur.

§. 6. Impotentia debitum coniugale praestandi matrimonium antecedens et incurabilis ipsum reddit invalidum et nullum.

§. 7. Qui valido matrimonio coniuncti sunt, vita utriusque coniugis durante, aliud matrimonium contrahere nequeunt.

§. 8. Legatur'a unei casatorie valide, insa neconsumate, se va poté desface prin depunerea solemna a votului monasticu din partea unuia dintre conjugi, seau cu dispensatiune obtienuta numai dela Summulu Pontifice.

§. 9. Casatori'a incheiata intre crestini, deca va fí consumata, numai prin morte se mai pote desface; pentru ace'a intre unu crestinu catolicu si intre una persona necatolica, a carei conjuge este inca in viétia, nu se pote incheiá casatoria valida, chiar si cându unu tribunalu ore-care ar' fí pronunciatu desfacerea legaturei matrimoniale din cause, cari in Biseric'a nostra nu sunt recunoscute cá cause derimatorie de casatoria.

§. 10. Intre cei botezati si cei nebotezati nu se pote incheiá casatoria valida.

Insa casatoriele contrase de judei si pagâni fara piedeci de dreptu naturalu si divinu, dupa intorcerea acelor'a la Biseric'a Domnului Christosu, remanu in potere, si impedimentele instituite prin legi bisericesci nu li stau in contra. Dar deca se va intorce numai una parte, si cealalta parte dupa-ce va fí fostu provocata, seau nu va voi nice de cum se traiésca cu partea crestina, seau nu va voí se petréca cu ace'a fara de a batjocori pre Creatoru si Religiunea crestina, atunci partea crestinita, deca va cere, se va admite la incheiarea altei casatorie, si prin acést'a se desface legatur'a casatoriei incheiate intre densii cá necrestini.

§. 11. Ori de câte ori va fí se se pertracteze una causa matrimoniala, carea are de obiectu impedimentulu votului solemnu de castitate seau alu Ordului sacru impreunatu cu obligatiunea castitatei, ace'a causa, dupa-ce se va fí instituitu procesulu informatoriu pentru adunarea documenteloru si motiveloru necesarie, se se asterna de catra Reverendissimulu Archiepiscopu seau ceilalti Episcopi Santului Scaunu Apostolicu.

§. 12. Intre doue persone, cari au comisu intre sine adulteriu, nu se pote incheiá casatoria valida, deca acelea, fiendu inca in viétia celalaltu conjuge, -si voru fí promisu incheiarea casatoriei, ori deca chiar voru fí tentatu a se casatori; precum si deca numai una parte, pentru cá se se pota casatori



§. 8. Vinculum matrimonii valide contracti sed nondum consummati, per solemnem religionis professionem alterius coniugis, vel secus nonnisi, Summi Pontificis dispensatione dissolvi poterit.

§. 9. Matrimonium a baptizatis contractum, postquam consummatum fuerit, nonnisi morte solvi potest; quapropter inter christianum catholicum et personam acatholicam, quae coniugem superstitem habet, validum matrimonium consistere nequit; licet tribunal quodcumque ob causas ab Ecclesia nostra, qua impedimenta matrimonium dirimentia haud agnitas, dissolutionem vinculi pronuntiaverit.

§. 10. Inter baptizatos et non baptizatos matrimonium consistere nequit.

Matrimonia autem a iudaeis vel paganis, sine naturalis et divini iuris impedimentis contracta, post illorum ad Christi Domini Ecclesiam conversionem firma manent, non obstantibus impedimentis per ecclesiasticas leges inductis. Quodsi autem uno tantum coniuge converso, alter cum eodem cohabitare, interpellatione posthabita, omnino renuat, aut cohabitare nolit absque contumelia Creatoris, Christianaeque Religionis, parti conversae petenti concedendum est, ut aliud contrahat matrimonium; quo facto coniugii foedus ab ipsis qua non christianis initum dissolvitur.

§. 11. Quoties tractanda occurerit causa matrimonialis, in qua de impedimento solemnis voti castitatis vel Ordinis sacri cum adnexa castitatis lege agatur, ea integra, post processum informatorium ad necessaria documenta et motiva colligenda institutum, a Rmo Archiepiscopo, aliisve Ordinariis ad Sedem Apostolicam deferatur.

§. 12. Inter duas personas, quae secum invicem adulterium commiserunt, matrimonium valide contrahi nequit, quando altero adhuc coniuge vivente matrimonii ineundi fidem sibi dederint, vel plane matrimonium de facto attentaverint; prout etiam quando vel una tantum pars, ut cum altera matrimonio

cu cealalta, va fí machinatu cu efectu in contr'a vietiei conjugelui, a carui drepturi le-a vetematu prin adulteriu.

§. 13. Uciderea conjugelui indeplinita cu invoirea comuna si cu cugetulu, ce l'ar' avé si numai unulu dintre culpabili de a se casatorí, face casatori'a nula.

§. 14. Rudeni'a naturala in linia collaterala impiedeca incheiarea casatoríei valide pana la gradulu alu sieptelea inclusive, dupa computulu dreptului romanu civilu primitu in Biseric'a nostra: ér' in linia ascendenta si descendenta nice de cum nu se pote incheiá casatoría valida.

§. 15. Rudeni'a spirituala, carea se nasce din sacramintele botezului si mirului, impiedeca incheiarea casatoriei valide intre botezatoriu si botezatu si parintii botezatului; si intre nanasi si fiii spirituali (gradulu antaiu); intre nanasi si intre parintii seau fiii finiloru, precum si intre copii nanasiloru si intre fini (gradulu alu doilé); si intre pruncii nanasiloru si intre pruncii finiloru (gradulu alu treile).

§. 16. Rudeni'a legala, carea provine din adoptiune perfecta derima casatori'a in linia drépta pana la gradulu alu patrulea inclusive, anume intre adoptante si celu adoptatu, precum si descendentii adoptatului, cari pre tempulu adoptiunei au fostu sub potestatea lui; in lini'a afinitatei inse intre adoptante si soci'a adoptatului, si intre adoptatu si soci'a adoptantelui; ér' in linia collaterala in gradulu primu.

§. 17. $\alpha$) Afinitatea de rendulu antaiu derima casatori'a pana la gradulu alu sieptelea inclusive, adeca intre barbatu si consangenii muierei, si intorsu intre socia si consangenii barbatului.

$\beta$) Afinitatea de rendulu alu doilea, adeca intre consangenii barbatului si consangenii muierei, unde se afla acésta afinitate, si nu se pote scote din usu, derima casatori'a pana la gradulu alu sieptelea, insa astufeliu cà neintrevenindu amestecarea numeloru, nu face piedeca derimatoria nice in gradulu alu sieselea, nice in gradulu alu sieptelea.

$\gamma$) Afinitatea din copula neiertata strica casatori'a pana in gradulu alu patrule inclusive.

§. 18. Afinitatea, ce resulta din sponsalie solemne



iungi queat, in mortem coniugis, cuius iura adulterio violavit, machinata fuerit effectu secuto.

§. 13. Coniugicidum ex communi conspiratione, et cum intentione contrahendi saltem ab uno habita, matrimonium dirimit.

§. 14. Cognatio naturalis in linea collaterali dirimit matrimonium usque ad septimum gradum inclusive, iuxta computationem iuris civilis romani in Ecclesia nostra adoptatam; in linea autem ascendente et descendente nullatenus validum consistere potest coniugium.

§. 15. Cognatio spiritualis ex baptismi et confirmationis sacramentis orta impedit, quominus valide contrachi queat matrimonium inter baptizantem et baptizatum baptizatique parentes, ac inter patrinos et filios spirituales (gradus primus); inter patrinos atque parentes aut filios levatorum; nec non inter patrinorum filios ac levatos (gradus secundus); et inter patrinorum ac levatorum filios (gradus tertius).

§. 16. Cognatio legalis ex adoptione perfecta proveniens dirimit matrimonium in linea recta usque ad quartum gradum inclusive, nempe inter adoptantem adoptatumque et ab adoptato descendentes adoptionis tempore sub eiusdem potestate constitutos; in linea per modum affinitatis vero inter adoptantem et uxorem adoptati, et inter adoptatum et uxorem adoptantis; in linea autem collaterali usque ad primum.

§. 17. Affinitas $\alpha$) classis primae dirimit matrimonium usque ad septimum gradum inclusive, scilicet inter virum et consanguineos mulieris; et viceversa inter uxorem et consanguineos viri.

$\beta$) Affinitas classis secundae, scilicet inter consanguineos viri et consanguineos mulieris, ubi viget, nec auferri potest, dirimit matrimonium usque ad gradum septimum; ita tamen ut confusione nominum haud interveniente, tum in septimo, tum in sexto gradu impedimentum dirimens minime constituat.

$\gamma$) Affinitas ex copula illicita dirimit matrimonium usque ad quartum gradum inclusive.

§. 18. Affinitas ex sponsalibus solemnibus, ubi haec

(logodna), unde s'ar tiené acelea, derima casatori'a pana la gradulu alu sieptelea inclusive; totu asemenea si afinitatea din casatoria valida, insa neconsumata.

## CAPU III.

### Impedimentele impiedecatorie de casatoria.

§. 19. Biseric'a cá de una parte se sustiena demnitatea si decorea casatoriei, de alta parte cá se previna casatoriele illicite (neiertate), a emisu unele dispusetiuni cu privire la acestu sacramentu, cari sunt cunoscute sub numele de piedece impiedecatorie de casatoria, pentru-cà opresce incheiarea casatorieloru fara de observarea aceloru dispusetiuni; insa dupa-ce s'au incheiatu casatoriele, acestea desi sunt illicite, totusi se considera de valide, si cá atari nu se potu desface. Deci:

§. 20. Celu ce a incheiatu sponsalie valide cu una persona, pana candu substau acele, nu pote incheiá casatoria licita cu alta persona afara de cea incredintiata.

§. 21. Celu ce a depusu votulu simplu de a tiené castitate perpetua, seau de a intrá in vre-unu ordu monasticu, seau de a remané celibe, nu pote incheiá casatoria licita.

§. 22. Nu se pote incheiá casatoria licita in tempurile asia numite oprite, adeca a) in totu postulu Craciunului, apoi in tempulu, ce cade intre Craciunu si Botezulu Domnului; b) in totu tempulu paresimeloru, precum si in tempulu ce cade intre Serbatorea Pasciloru si Duminec'a Santului Tom'a, si in serbatorea Santeloru Rosalie; c) in postulu Santiloru Apostoli si alu Santei Marie d) in Miercurile si Vinerile de preste anu cá dîle de ajunu, precumu si in serbatorea Santei Cruci, si a Taiarei capului Santului Ioanu Botezatoriulu.

§. 23. La incheiarea unei casatorie licite se recere, cá sponsii se se cunune in faci'a Bisericei prin parochulu loru propriu, ori prin altu preotu autorisatu spre acést'a de catra parochulu propriu, ori Episcopulu diecesanu, in presenti'a aloru doi seau trei martori; pentru ace'a nu este iertatu altui preotu a cununá pre cineva fara a fí capatatu expresu facultate spre acést'a dela parochulu competentu ori dela Episcopu.

Licenti'a presupusa nu e de ajunsu; nice nu folosesce



obtinerent, oborta, dirimit matrimonium usque ad septimum gradum inclusive; et ita etiam affinitas ex matrimonio rato, sed nondum consumato.

## CAPUT III.

### Impedimenta matrimonium impedientia.

§. 19. Ecclesia, ut ex una parte matrimonii dignitati et decori consulat, alia vero ex parte, ut illicitis, obviaret matrimoniis, de eodem sacramento constitutiones edidit, quae sub nomine impedimentorum matrimonium impedientium veniunt; nam matrimonia, ipsis neglectis, contrahi prohibentur; contracta autem, etiamsi illicita sint, valida tamen reputantur, et ceu talia dissolvi non possunt. Hinc:

§. 20. Qui cum una persona valida inierit sponsalia, quamdiu eadem subsistunt, matrimonium cum alia persona licite contrahere nequit, praeter eam, cui fidem dedit.

§. 21. Qui simplex castitatis perpetuae servandae, vel ordinem quemdam religiosum ingrediendi, vel vitam coelibem ducendi votum emisit, matrimonium licite contrahere nequit.

§. 22. Vetitis ita dictis temporibus, nimirum a) toto tempore ieiunii Nativitatis Domini, dein in eo, quod Nativitatis Domini festum inter et Epiphaniam intercedit; b) toto tempore ieiunii quadragesimalis, nec non tempore, quod Paschatis Festum inter et S. Thomae Dominicam intercedit, ac in ipso festo Pentecostes; c) in ieiunio SS. Apostolorum, nec non S. Mariae Deiparae; ita d) Feriis quartis et sextis totius anni, qua diebus ieiunio sacratis, nec non in festo Exaltationis S. Crucis, et Decollationis S. Ioannis Baptistae, matrimonium licite contrahi nequit.

§. 23. Ad matrimonium licite ineundum requiritur, ut nupturientes in faciem Ecclesiae per parochum proprium aut alium sacerdotem de ipsius parochi seu Ordinarii licentia, duobus vel tribus testibus praesentibus coniungantur; quapropter alteri Sacerdoti non licet coniunctionem peragere, nisi eidem ab ipso parocho vel Ordinario facultas expresse sit collata.

Licentia mere praesumpta non sufficit; neque suppositio

nemica presupunerea, cà deca s'ar fí cerutu, licenti'a s'ar fí castigatu in realitate,

§. 24. Celu ce va fí capatatu licentia de a cununá in tote casurile, acel'a o pote subdelegá pentru fia-care casu altui preotu; insa celu ce va fí capatatu acésta licentia pentru unu singuru casu, acel'a nu are dreptulu de a o subdelegá, de cumva nu i s'a datu expresu acestu dreptu.

§. 25. Parochulu propriu alu sponsiloru e acel'a, in acarui parochía -si au sponsii domiciliulu adeveratu, ori quasidomiciliulu loru.

Domiciliulu adeveratu e acolo, unde si-a asiediatu cineva locuinti'a cu intentiunea de a remané acolo in modu constantu, ori unde locuesce partea mai mare a anului asia, incâtu se se pota dice, cà este calatoriu, cându lipsesce de acolo.

Quasidomiciliulu e acolo, unde cineva nu are intentiune de a-si asiediá locuintia statornica, unde insa petrece in fapta cu intentiunea de a remané acolo partea cea mai mare a anului, precum suntu servitorii, scolarii, oficialii s. c. a.

§. 26. Domiciliulu muierei este acolo, unde este si alu barbatului, ér' alu minoreniloru, unde este alu parintiloru, seau alu adoptantiloru, ori alu tutoriloru. Ér loculu, unde de esemplu muierea e in servitiu, minorenulu petrece la scola, oficialulu publicu locuesce pentru implinirea oficiului seu, si person'a militara petrece in garnisóna, se considera de quasidomiciliulu acelor'a.

§. 27. Fia-care casatorie inainte de a se incheiá, se va vestí in biseric'a parochiala de catra parochulu mirelui si alu miresei in trei Domineci ori Serbatori legate succesive la capetulu Santei Liturgie, adaugùndu-se provocarea, cà toti cei ce sciu vre una piedeca, se o descopere.

§. 28. Deca inse mirele ori mirés'a nu voru fí locuindu celu pucinu de siese septemani in parochiele, in cari suntu a se face vestirile, atunci vestirile se voru imdepliní in loculu, unde aceia au petrecutu mai pre urma in decursu de siese septemani celu pucinu.

§. 29. Ér' deca sponsii nu au nice domiciliu, nice quasidomiciliu, atunci vestirile trebue se se faca atâtu in parochi'a, unde petrecu, câtu si in parochi'a unde sunt nascuti.



iuvat, quod petens si eam implorasset reapse obtenturus fuisset.

§. 24. Qui licentiam matrimonio adsistendi pro universitate casuum obtinuerit, eam pro singulis casibus alii sacerdoti subdelegare potest; qui autem licentiam istam pro singulari casu acceperit, iure subdelegandi caret, nisi expresse ius istud ipsi collatum sit.

§. 25 Proprius sponsorum parochus ille est, in cuius parochia ipsi verum, aut quasi domicilium habent.

Domicilium verum ibi locorum est, ubi quis habitationem suam figit cum intentione ibidem constanter manendi, vel ubi per maiorem anni partem habitat; ita ut peregrinari dicatur, quando ibi non commoratur.

Quasi domicilum ibi locorum est, ubi quis constantem figere sedem haud quidem intendit, verum ubi quis actu moratur cum intentione ibidem permanendi per maiorem anni partem; uti sunt famuli, studiosi, officiales et cet.

§. 26. Uxoris domicilium ibi est, ubi est mariti, minorennium vero ubi est parentum, vel adoptantium vel tutorum. Locus autem, ubi e. gr. uxor servitia praestat, aut minorennis studiorum causa commoratur, vel officialis publicus ad muneris sui partes explendas habitat, aut persona militaris stativa habet, ipsorum quasi domicilium est.

§. 27. Quodvis matrimonium, antequam contrahatur, a parocho sponsi ac sponsae tribus diebus dominicis continuis aut festis de praecepto inter Missarum solemnia publice in ecclesia parochiali promulgandum est; commonitione addita, ut omnes, quibus aliquod impedimentum notum sit, illud revelare non intermittant.

§. 28. Quodsi sponsus vel sponsa in nulla ex parochiis, ubi proclamationes fieri debent, a senis saltem hebdomadis habitet, proclamationes expleantur oportet in eo loco, ubi iidem ultimo per sex saltem hebdomadas morati sunt.

§. 29. Si autem sponsi neque domicilium, neque quasi domicilium habeant, tunc proclamationes fieri debent tam in parochia, ubi tunc temporis commorantur, quam in parochia loci natalis.

§. 30. Vestirile au se se repetiésca, deca casatori'a nu se incheia in tempu de siese luni dela vestirea ultima.

Inainte de a se terminá vestirile pre cum se cuvine, nu se póte incheiá casatori'a licita.

§. 31. Biseric'a reproba casatoriele intre catolici si crestinii necatolici, si invétia pre fiii sei, se se ferésca de atari casatorie. Deca pre bas'a precautiuniloru luate, si a causeloru canonice espuse dupa adeveru, se va fí obtienutu dispensatiune pentru atari casatorie, seau din contra partea acatolica nu s'ar poté induplecá nice de cum a primí conditiunile prescrise de Biseric'a catolica, parochulu are detorinti'a, se urmeze conformu Instructiunei Sacrei Congregatiuni de Propaganda Fide din 28 Juliu 1858.

§. 32. Cându ar' esiste suspitiune fundata, cà sponsiloru li stà in contra unu inpedimentu ore-care, ori candu ar' fí téma, cà casatori'a va da ansa la certe, scandale, ori alte rele, Episcopulu are dreptulu si obligatiunea de a opri incheiarea ataroru casatorie. Pana candu Episcopulu nu va delaturá interdictulu, nu este iertatu a incheiá casatori'a.

§. 33. Nu suntu licite casatoriele, la cari parintii din cause drepte nu se invoiescu.

§. 34. Inainte de ce s'aru admite sponsii la cununia, aceia au detorinti'a, se probeze, cà vestirile s'au implinitu cum se cuvine, si se produca atestatu, cà sunt necasatoriti.

Deca amendoi sponsii suntu din una si ace'asi parochia, parochulu cununatoriu are se-si castige din matricul'a parochiei cunoscintia deplina despre etatea, originea si statulu acelor'a; ér' deca ambii seau unulu dintre sponsi este din alta parochia, parochulu cununatoriu li va impune, se-si produca si carte de botezu.

§. 35. Nu suntu de a se admite la cununia cei ce nu sciu rogatiunile si adeverurile credintiei neaparatu de lipsa spre mantuire.

§. 36. Deorece sponsii, cari au se se cunune, trebue se fia in statulu gratiei, acei-a suntu obligati, se-si marturisesca pecatele inainte de a se cununá, si este cuviintiosu, se se si cuminece.



§. 30. Renovandae sunt proclamationes, quando intra sex menses ab ultim'a proclamatione elapsos matrimonium non contrahatur.

Antequam proclamationes rite peractae fuerint, matrimonium licite contrahi nequit.

§. 31. Ecclesia matrimonia inter catholicos et christianos non catholicos improbat, suosque filios docet, ut a talibus ineundis caveant. Si praestitis cautionibus, et causis canonicis ex veritate declaratis, dispensatio ad talia matrimonia fuerit obtenta, vel contra pars acatholica nullo modo flecti possit, ut conditiones ab Eclesia catholica praescriptas adimpleat, parochus iuxta Instructionem S. C. de Progaganda Fide 28 Iulii 1858 procedere debet.

§. 32. Quando fundata adsit suspitio, sponsis impedimentum quoddam obstare, aut timendum sit, nuptias litibus vel scandalis aut aliis malis ansam esse praebituras, Episcopus ius habet et obligationem talium nuptiarum celebrationem interdicendi. Quamdiu Episcopus interdictum non removerit, matrimonium contrahere illicitum est.

§. 33. Illicita sunt matrimonia, quibus parentes iustis ex causis assensum suum denegant.

§. 34. Antequam sponsi ad nuptias admittantur, ipsis incumbit, proclamationes rite peractas esse comprobare, nec non liberi status testimonium exhibere.

Quando ambo sponsi ex una eademque sunt parochia, tunc parochus copulans e libris matricularibus parochiae certam de eorum aetate, origine et conditione notitiam sibi comparare debet; quodsi vero uterque vel unus illorum ex altera sit parochia, parochus coniungens eis imponet, ut baptismales quoque litteras exhibeant.

§. 35. Qui preces necnon fidei veritates ad salutem absolute necessarias ignorant, ad nuptias non sunt admitendi.

§. 36. Cum sponsi iam copulandi in statu gratiae esse debeant, obligatio illis incumbit, ut antequam nuptias ineant, sua peccata confiteantur; et decet etiam, ut s. communionem suscipiant.

§. 37. Parochulu, care e competentu se cunune, are datorinti'a oficiosa de a scrie in matricul'a cununatiloru cu man'a propria casatori'a incheiata, si a insemná esactu in ace'asi numele si conumele, etatea si religiunea conjugiloru, precum si ace'a, deca mai inainte au fostu acei-a casatoriti ori nu; mai incolo au se se scrie numele, religiunea si conditiunea parintîloru si martoriloru, diu'a in care, si preotulu, care a binecuventatu casatori'a. Deca se voru fí nascutu dificultati in privintia casatoriei, se voru adnotá si documentele, prin cari s'au delaturatu acele.

§. 38. Cu privire la efectele civile ale casatoriei se se observeze indrumarea, ce se cetesce in Sinodulu primu Tit. V. Cap. VIII. in fine „Se aiba afara de ace'a de grige etc".

§. 39. La a dou'a casatoria nu se póte admite nimene, pana ce nu se va constatá cu certitudine mortea conjugelui de mai inainte. Ér' mortea conjugelui cu privire la efectele canonice va fí de a se probá dupa normele Instructiuniloru Sacrului Officiu din anii 1868 si 1883, cari se gasescu inferite in apendicele Sinodului.

## CAPU IV.

### Despre dispensatiune.

§. 40. Piedecele de casatoria basate pre dispusetiunile dreptului bisericescu, pentru fiacare casu se delatura prin dispensare castigata dela autoritatea bisericésca competenta.

Dela impedimentele derimatorie are dreptulu a dispensá numai Scaunulu Apostolicu, caruia e reservatu si dreptulu de a dispensá dela votulu simplu de castitate perpetua, si votulu de a intrá in unu ordu monasticu, si dela piedec'a in casatoriele amestecate.

Ordinariatele inse potu dispensá numai in virtutea facultatiloru date loru de Scaunulu Apostolicu.

§. 41. Episcopii pre bas'a facultatiloru concese loru de Scaunulu Apostolicu, subversându motive canonice, voru dispensá dela impedimente in intielesulu aceloru facultati.

§. 42. Dispensatiunea dela tote trei vestirile se va concede numai in casuri forte urgente; Episcopulu va poté inse delegá



§. 37. Parocho, cui coniunctionem peragere competit, incumbit officium matrimonium contractum in libro nuptiali manu propria inscribendi, exacteque in eodem coniugum nomen baptismale, cognomen, aetatem et religionem adnotandi; prout etiam an prius iam matrimonio iuncti fuerint, deinde nomen, religio et conditio parentum et testium; dies, quo, nec non sacerdos, qui matrimonio benedixit, perinde inscribendi sunt. Quodsi difficultates intuitu matrimonii exortae fuerint, tunc documenta, quibus eaedem sublatae fuerunt, indicari debent.

§. 38. Quoad civiles Matrimonii effectus observetur monitum, quod legitur in I-a Synodo Tit. V. Cap. VIII. in fine „Curent etc."

§. 39. Ad secundas nuptias nemo admitti potest, nisi de morte prioris conjugis certo constiterit. Mors autem coniugis pro canonicis effectibus probanda erit iuxta normas Instructionum S. Officii annor. 1868 et 1883, quae in Sinodi appendice insertae inveniuntur.

## CAPUT. IV.

### De dispensatione.

§. 40. Matrimonii impedimenta iuris canonici ordinationibus innixa, dispensatione ab auctoritate ecclesiastica competente obtenta pro singulis casibus removentur.

Super impedimentis dirimentibus, solius Apostolicae Sedis est dispensare; cui ius quoque este reservatum dispensandi in voto simplici castitatis perpetuae, et ingrediendi religionem, nec non in matrimoniis mixtis.

Ordinariatus vero nonnisi vi facultatum a Sede Apostolica ipsis collatarum dispensare possunt.

§. 41. Episcopi in vim facultatum a Sede Apostolica iisdem concessarum, cum canonicae prostant rationes, dispensabunt ab impedimentis iuxta tenorem earumdem facultatum.

§. 42. Dispensatio ab omnibus tribus proclamationibus nonnisi urgentissimis in casibus concedenda est; Episcopus tamen

pre protopopi, cá in atari casuri se dispenseze in numele lui dela tóte trei vestirile.

§. 43. In suplic'a pentru dispensare se va indicá impedimentulu cu tote impregiurarile lui, si se voru alaturá documintele de lipsa spre confirmarea motiveloru aduse.

§. 44. Deca impedimentulu va fí ocultu, si nu va fí téma, cà va esi la lumina, spre a linisti conscienti'a se pote cere dispensatiune pentru forulu internu, fara se se esprime numele conjugiloru, si prin confesariu ori prin altu preotu piu.

Inse acésta dispensare nu are nice de cum valore pentru forulu esternu; de ace'a cându impedimentulu ar veni la lumina, atunci cá se nu se aduca in periculu casatori'a, va trebuí se se céra dispensare pentru forulu esternu.

§. 45. La casu candu s'ar fi datu dispensarea numai pentru forulu conscientiei, atunci spre a convaliditá casatori'a este de ajunsu, cá ambele parti se-si reinoésca intre sine consensulu fara de parochu si martori.

§. 46. Dandu-se dispensare pentru forulu esternu, conjugii, cari au incheiatu casatoria nevalida, trebue indemnati, se-si reinoésca consensulu inaintea parochului loru propriu si aloru doi martori.

Parochulu trebue se scrie totu deaun'a in protocolulu cununatiloru convalidarea indeplinita a casatoriei; candu inse casatori'a s'ar fí incheiatu in alta parochia, convalidarea se va notificá si parochului localu, pentru cá si elu se insemne convalidarea aceleia in matricul'a cununatiloru langa casatori'a invalida.

---

## Sectiunea II.

### CAPU I.

### Despre judecatori in causele matrimoniale.

§. 47. Causele matrimoniale se tienu de judele bisericescu, carele singuru este competentu a pronuntiá sentintia in privinti'a validitatiei casatoriei si a detorintieloru, ce resulta dintr'ins'a.

Despre efectele curatu civile, anume despre cestiunile, ce privescu averea si intertentiunea, judeca potestatea civila.



poterit protopopas delegare, ut talibus in casibus, ipsius vice, ab omnibus tribus proclamationibus dispensent.

§. 43. In libelo supplici, quo dispensatio petitur, impedimentum cum omnibus eius adiunctis indicandum est; eique adnectenda sunt documenta necesaria ad rationes allatas comprobandas.

§. 44. Quodsi impedimentum fuerit occultum, nec ipsius propalatio timenda sit, ad conscientiae consulendum, dispensatio pro foro interno, non expresso contrahentium nomine, etiam per confessarium seu alium sacerdotem pium peti potest.

Huiusmodi autem dispensatio pro foro externo nullatenus valet; quocirca quando impedimentum publicum fieret, tunc ne matrimonium in discrimen adducatur, dispensationem pro foro externo valituram petere oportebit.

§. 45. Quatenus dispensatio pro foro conscientiae tantum concessa fuerit, tunc ad matrimonium convalidandum sufficit, ut ambae partes consensum absque parocho et testibus inter se renovent.

§. 46. Concessa dispensatione pro foro externo, coniuges qui invalidum matrimonium inierint, monendi sunt, ut consensum renovent coram parocho proprio et duobus testibus.

Parochus nunquam non peractam matrimonii convalidationem libro copulatorum inserere debet; quando autem matrimonium in alia parochia contractum fuerit, res gesta insuper loci parocho significanda est, ut ipse quoque in libro coniunctorum penes matrimonium invalidum eius convalidationem adnotet.

---

## Sectio II.

### CAPUT. I.

### De iudicibus in causis matrimonialibus.

§. 47. Causae matrimoniales ad iudicem ecclesiasticum spectant, cui soli competit de validitate matrimonii et de obligationibus ex eodem profluentibus sententiam proferre.

De effectibus mere civilibus, nimirum de quaestionibus bona temporalia, nec non Intertentionem respicientibus potestas civilis iudicat.

§. 48. Conjugii in privinti'a causeloru matrimoniale sunt supusi Episcopului, in a carui Diecesa barbatulu si-are domiciliulu seu, afara de casurile:

a) Candu conjugii suntu legitimu despartiti de patu si mésa; in care casu actiunea matrimoniala e de a se asterne tribunalului acelei diecese, in carea este domiciliata partea acusata, dupa principiulu: „Actor sequitur forum rei".

b) Candu barbatulu -si parasesce soci'a din malitia, muierea este indreptatita a urdî procesulu la Forulu diecesei, in carea petrece dins'a, fara a se considerá domiciliulu barbatului desertoriu. Dupa admanuarea citatiunei judecatoresci, schimbarea domiciliului nu se mai ié in considerare, deorace forulu competentu remane acolo, unde au avutu partile domiciliulu loru pre tempulu citatiunei.

§. 49. Episcopulu in pertractarea causeloru matrimoniale din dieces'a sa pote instituí Tribunale matrimoniale, cari se constee din unu presiedinte, si celu pucinu patru assesori, si unu defensoru matrimonialu.

§. 50. Presiedintele, asesorii ei secretariulu tribunalului matrimonialu se voru denumí in scrisu de catra Episcopulu diecesanu din preotii diecesani provediuti cu calitatile necesarie.

Despre aceste denumiri se esiste documente autentice, seau celu pucinu acelea se se amintésca in acte.

Deca Episcopulu ar afiá consultu se institue foru delegatu, delegatiunea forului protopopescu se va face, precum se aréta in Sinodulu I. Tit. X. Cap. III.

§. 51. Candu vre-unu membru alu tribunalului matrimonialu ar fí cu partile in legatura de consangenitate ori afinitate pana in gradulu alu patrule, ori ar stá in una atare relatiune catra parti, incâtu cá martoru ar fí suspectu seau chiaru necapace, atunci nu pote luá parte nece decum la desbaterile asupra causei aceloru parti.

§. 52. La fiacare tribunalu matrimonialu Episcopulu va denumí in scrisu cá defensoru alu casatoriei câte unu preotu distinsu in pietate si scienti'a dreptului. Episcopulu inse va avé dreptulu de a-lu suspinde seau delaturá pre acel'a, candu



§. 48. Conjuges in causis matrimonialibus subsunt Episcopo, in cuius Dioecesi maritus domicilium habet; exceptis casibus:

a) Si conjuges a thoro et mensa legitime fuerint separati; quo casu actio matrimonialis est proponenda tribunali eius dioecesis, in qua pars incta domicilium habet, iuxta axioma „Actor sequitur forum rei".

b) Si maritus malitiose deserat uxorem, uxor ius habet eidem litem intentandi apud Tribunal dioecesis, in qua ipsa commoratur, quin ullus habeatur respectus ad domicilium mariti, qui desertionis est reus.

Postquam citatio iudicialis facta est, mutatio domicilii haud amplius respicitur; nam forum competens ibidem manet, ubi partes tempore citationis domicilium suum habuerunt.

§. 49. Episcopus in tractandis causis matrimonialibus suae dioecesis matrimonialia tribunalia instituere potest, quae praeside et assessoribus ad minimum quator, et defensore Matrimonii constent.

§. 50. Tribunalis matrimonialis praeses, assessores, nec non secretarius ab episcopo dioecesano inter presbyteros dioecesanos necessariis dotibus praeditos nominandi sunt in scriptis.

Harum deputationum authenthica documenta, vel saltem earum mentio in actis prostent.

Si Episcopus forum delegatum instituendum iudicaverit, delegatio fori protopopalis fiet, prout indicatur in I-a Synodo Tit. X. Cap. III.

§. 51. Quodsi aliquod membrum tribunalis matrimonialis cum partibus consanguinitatis vel affinitatis vinculo ad quartum usque gradum iunctum sit, aut talem ad partes relationem habeat, ut qua testis suspectus vel plane inhabilis foret, discussionibus super istarum partium causa ineundis interesse nullo modo poterit.

§. 52. In quolibet tribunali matrimoniali Episcopus presbyterum quemdam pietate et iuris scientia insignem in matrimonii defensorem in scriptis nominabit. Eum vero suspendere vel removere, si iusta causa adfuerit, et alium

ar avé causa iusta si a-lu inlocuí cu altulu provediutu cu calitatile necesarie.

Pentru casulu, candu defensorulu matrimonialu ar fí impiedecatu intru implinirea oficiulu seu, i se va denumí unu substitutu.

Defensorulu matrimonialu la intrarea sa in oficiu, ér' substitutulu seu de câte ori va avé se apere legatur'a casatoriei, voru promite prin juramentu, cà-si voru implini oficiulu conscientiosu si cu diligintia cuvenita.

De câte ori se voru pertractá cause vincularie, defensorulu tribunalului matrimonialu are se fia de facia in sesiuni. Elu are se fia chiamatu la ascultarea partiloru, la esaminarea martoriloru, si in generalu la tote pertractarile judecatoresci. Ori ce actu judecatorescu, la care nu va fí fostu de facia seau elu insusi, seau in absenti'a densului, substitutulu lui, se va considerá de invalidu si fara de potere.

La discusiunile, ce privescu despartîrile de patu si mésa, defensorulu matrimonialu nu este obligatu a luà parte.

§. 53. Causele de referitu, deca cumva Episcopulu nu ar dispune ceva specialu, le impartiesce presiedintele intre asesori. Decisiunea se aduce cu maioritate absoluta de voturi. Presiedintele se pronuntia mai pe urma; si déca computandu-se si votulu lui, resulta egalitate de voturi, atunci elu decide caus'a pre partea ace'a, la care s'a alaturatu cu votulu seu, afara de casulu, candu are se se aduca sentintia asupra validitatei casatoriei, in care casu, fiendu voturile egale, totu-de-a-un'a are se remana neatinsa validitatea casatoriei. Deca Episcopului i s'ar paré consultu, se denumésca presiedintelui unu substitutu, va dispune cele de lipsa cu privire la afacerile, ce aru fí se se asemne aceluia.

### CAPU II.

### Despre acusarea Casatoriei.

§. 54. Biseric'a cá pazitórea credintiei si a moralitatei, apera si sustiene santieni'a si indissolubilitatea casatoriei in contra ori carei incercari, care sub pretestu de nevaliditate țientesce spre desfacerea casatoriei.



substituere necessariis qualitatibus ornatum Ordinario semper fas erit.

Pro casu autem, quo matrimonialis defensor munere suo fungi impediatur, substitutus eidem adiungendus est.

Matrimonii defensor in muneris sui ingressu, substitutus autem eius quotiescumque matrimonii vinculum tuendum assumet, iureiurando promitere debent, munus suum conscientiose et debita cum diligentia fore adimpleturos.

Quotiescumque contigerit de causis vincularibus disceptari tribunalis matrimonialis defensor sessionibus interesse debet. Ad partes audiendas, ad testes examinandos, et generatim ad omnes pertractationes iudiciales vocetur oportet. Quivis actus iudicialis, in quo aut ipse, aut, eo absente, substitutus eius praesens haud fuerit, invalidus et irritus censendus est.

Disceptationibus quoad separationes a thoro et mensa matrimonii defensor interesse non obligatur.

§. 53. Causas referendas, nisi Episcopus peculiare quid statuat, praeses consiliariis distribuit. Decisio maioritate suffragiorum absoluta fertur. Praeses mentem suam ultimus explicat; et quando, ipsius computato suffragio, paria emergant vota, rem suffragio suo decernit, nisi de sententia super matrimonii validitate ferenda agatur, quo quidem in casu, votis paribus existentibus, numquam non pro validitate standum erit. Si Episcopo visum fuerit, praesidi virum, qui vices eius gerat, adiungere, de negotiis eidem assignandis necessaria constituet.

### CAPUT II.

### De Matrimonii accusatione.

§. 54. Ecclesia utpote fiedei ac morum custos, matrimonii sanctitatem ac indissolubilitatem tuetur et vindicat contra omne conamen, quod invaliditatis praetextu ad matrimonium dissolvendum tendit.

Dar deca s'ar incheiá una astufeliu de legatura matrimoniala, care din caus'a unui impedimentu derimatoriu, ce-i sta in contra, nu se pote numí casatoria adeverata, atunci unu atare consortiu seau trebue se se redice la demnitatea de casatoria, dispensandu-se dela impedimentulu acel'a, seau cându acést'a nu ar fí cu potintia, se se dechiare de nevalidu si se se desfaca.

§. 55. Dreptulu de a impumná casatori'a incheiata cu impedimentu, in câtu acel'a nu se restringe espresu la conjugi, compete ori caroru membri ai Bisericei, si numai aceia sunt eschisi, cari sunt suspecti; ér dreptulu de a impumná casatori'a este reservatu numai conjugiloru in urmatóriele casuri:

a) Pentru erore, seau sila si frica se pote impumná casatori'a numai de catra partea ace'a, care a fostu in erore, ori silita. Inse acestu dreptu se pierde, deca conjugele, dupa ce a cunoscutu nulitatea casatoriei, si a incetatu caus'a fricei, va fí prestatu debitulu conjugalu cu scirea si cu voi'a sa, seau deca va fí continuatu in modu pacificu convetiuirea conjugala.

b) Cându in modu esceptionalu se concede incheiarea casatoriei sub conditiune, atunci pentru neimplinirea conditiunei puse numai acelu conjuge pote impumná casatori'a, carele si-a facutu dependentu consensulu seu dela ace'a conditiune.

Cine renuntia de conditiune, renuntia si de dreptulu de a impumná.

c) Pentru nepotinti'a de a consumá matrimoniulu, numai conjugiloru compete dreptulu de a impumná casatori'a, afara de casulu, cându impedimentulu nepotintiei ar fí notoriu.

d) Pentru impedimentulu impubertatei, dupa incetarea acelui'a numai acelu conjuge pote impumná casatori'a, carele a fostu nematuru (impuberu) in tempulu, cându s'a incheiatu casatori'a.

e) Pentru impedimentulu rapirei, rapitoriulu nu pote reclamá in contr'a casatoriei; person'a inse rapita, care nu s'a invoitu la rapire, are detorint'a de a impumná casatori'a, câtu va poté mai curendu dupa recastigarea libertatei.



Si tamen eiusmodi coniugale ineatur foedus, quod ob dirimens impedimentum eidem obstans verum matrimonium dici nequeat, tunc huiusmodi consortium, aut ad matrimonii dignitatem per impedimenti relaxationem evehendum, aut quando id fieri nequeat, invalidum declarandum ac dirimendum est.

§. 55. Ius ad matrimonium cum impedimento contractum impugnandum, in quantum haud expresse ad coniuges restringatur, competit Ecclesiae membris quibusvis, iis solummodo exceptis, qui suspecti essent; ius autem matrimonii impugnandi tantum coniugibus reservatur sequentibus in casibus:

a) propter errorem, aut vim et metum matrimonium ab ea tantum parte impugnari potest, quae in errore versata, aut cui consensus extortus est. Ius autem hoc amittitur, quando pars, cognita matrimonii nulitate, et postquam metus causa cessavit, debitum coniugale scienter ac voluntarie praestiterit, vel conjugale vitae consortium pacifice continuaverit.

b) Quando matrimonium sub conditione contrahere per exceptionem conceditur, tunc propter conditionem non impletam, ab eo tantum coniuge matrimonium accusari potest, qui consensum suum conditioni eidem alligavit.

Qui conditioni renunciat, impugnandi quoque iuri renuntiat.

c) Propter impotentiam matrimonium consumandi tantum cuniugibus competit ius ad impugnandum coniugium, excepto casu, quo impotentiae impedimentum notorium sit.

d) Propter impedimentum impubertatis, eodem cessante matrimonium ab eo tantum coniuge impugnari potest, qui contracti coniugii tempore impuber fuerat.

e) Propter impedimentum raptus raptor adversus matrimonium reclamare nequit; rapta autem persona, quae raptui non censensit, matrimonium quamprimum poterit post recuperatam libertatem impugare debet.

§. 56. In tote celelalte casuri si pentru tote impedimentele, in privinti'a caror'a dreptulu de a impumná nu este reservatu esclusivu conjugiloru, ori unui-a dintre densii, tribunalulu matrimonialu e obligatu a procede din oficiu, indata ce seau prin notorietatea casului, seau prin aretari, seau in altu modu s'ar dá causa de-ajunsu spre ace'a.

§. 57. Ori se impumna casatori'a de acel'a, care are dreptulu spre ace'a, ori de unu altu membru nesuspectu alu bisericei, ori se face cercetare din oficiu, tribunalulu matrimonialu e detoriu a dispune totu de a un'a din oficiu tóte cele, ce potu servi spre chiarificarea deplina a adeverului.

§. 58. Celu ce impumna validitatea casatoriei, 'si pote dá incus'a seau cererea s'a la presiedintele tribunalului matrimonialu ori in scrisu ori cu cuventulu; inse in totu casulu are se indice impedimentulu si tote midilocele de probatiune.

Candu casatori'a se acusa in scrisu, se recere, cá seau acusatorulu seau procuratorulu lui se se presente in persona naintea presiedintelui tribunalului matrimonialu spre a dá deslucirile, ce i se voru cere. Candu inse n'ar' intreveni nice unulu nice altulu, incus'a data este de a se tractá cá una simpla denuntiare, care dupa impregiurari se pote intrebuintiá spre cercetari ulteriore.

Deca inse incus'a s'ar' face cu cuventulu, presiedintele forului seau comisariulu lui trebue se o iée cu ajutoriulu secretariului la protocolu formalu, punendu acusatoriului tote intrebarile, ce potu contribui la dovedirea impedimentului.

Aretarile facute in scrisu, ale caroru autori 'si retacu numele, numai de sine insesi nu voru fi nice odata causa de ajunsu spre a face cercetare in privinti'a validitatei casatoriei.

§. 59. Déca despre esistinti'a vre-unui impedimentu se va latí una faima, care luandu-se in consideratiune tote impregiurarile, ar' meritá atentiune, atunci tribunalulu matrimonialu va investigá originea acelei faime; si dupa ace'a va judecá, deca e necesariu a se face investigatiune.

§. 60. De regula nu sunt a se luá de locu in consideratiune aretarile despre impedimente, cari numai conjugii au dreptu a le impumná. Candu totusi din aretarile facute s'ar'



§. 56. Omnibus aliis in casibus, et proter omnia impedimenta, quorum respectu ius impugnandi coniugibus, aut uni ipsorum privative haud reservatur, tribunal matrimoniale ex officio procedere debet, quamprimum aut notorietate facti, aut denuntiationibus, aut alio modo sufficiens hac in re adsit causa.

§. 57. Sive ab eo, qui ad id ius habeat, sive ab alio non suspecto ecclesiae membro matrimonium impugnetur, et sive inquisitio ex officio instituatur, tribunal matrimoniale ea semper omnia, quae veritati plenius elucidandae inservire possunt, ex officio ordinare tenetur.

§. 58. Matrimonii valorem impugnans accusationem vel petitionem suam praesidi tribunalis matrimonialis aut scripto aut viva voce proponere potest; qualibet vice tamen impedimentum, nec non omnia probationum media indicare debet.

Quando matrimonium in scriptis accusatur, eo in casu requiritur, ut vel accusans, vel eius procurator personaliter coram tribunalis matrimonialis praeside ad dilucidationes ab eo expetitas praestandas se sistat. Quodsi neuter interveniat, tunc accusatio promota, qua mera denuntiatio tractanda est, quae pro rerum adiunctis, ad ulteriores investigationes instituendas adhiberi potest.

Si autem accusatio viva voce fieret, fori praeses vel eius commissarius, ope secretarii eam protocollo rite confecto inferre debet; eaque vice accusanti proponendae sunt omnes interrogationes, quae ad impedimentum demonstrandum conferre possunt.

Denuntiationes scripto factae, quarum auctores nomen suum occultant, per se sumtae numquam sufficientem causam praebebunt ad inquisitionem quoad matrimonii valorem instituendam.

§. 59. Quodsi de aliquo matrimonii impedimento fama divulgetur, quae, omnibus perpensis circumstantiis, attendenda videatur, tribunal matrimoniale circa originem huius famae investigabit; exinde ipsum iudicabit an instituenda sit inquisitio.

§. 60. Denuntiationum super impedimentis, propter quae tantum coniugibus ius impugnandi competit, regulariter nullatenus ratio habenda est. Ubi tamen e denuntiationibus factis

constatá, cà din caus'a unui atare impedimentu casatori'a este invalida, atunci se va procede din oficiu, pentrucá acést'a seau se se convalideze, seau partea, care are dreptulu de a o impumná, se reclame in contr'a casatoriei.

§. 61. Déca unulu dintre conjugi ar' impumná casatori'a, mai inainte de tote este a se cercetá, ore nu cumva acel'a si-a perdutu dreptulu de a o impumná; ce'a ce comprobandu-se, acus'a nu se va primí. Asemenea se va reieptá acus'a fara nice una cercetare a lucrului, candu ace'a se baséza pre nescari fapte, cari de si aru fí adeverate in tota privinti'a, totusi nu aru fí acomodate pentru desfacerea casatoriei.

Totu asemenea este de a se procede si atunci, candu este evidenta falsitatea asertiunei, pre care-si baséza conjugele dreptulu seu de a impumná.

§. 62. Fiendu impedimentulu de una atare natura, incâtu se se pota delaturá prin reinnoirea consensului din partea conjugelui, care combate casatori'a, atunci se va demandá parochului ordinariu alu conjugiloru, seau dupa impregiurari si altui preotu, cá prin admonitiuni corespundietorie se induplice pre conjugele, care combate casatori'a, la reinoirea consensului, seau, de va aflá consultu, se lucre intr'acolo, cá dechiaratiunea consensului se se repetiésca inaintea sa si inaintea aloru doi martori.

§. 63. Parochulu insarcinatu cu acést'a afacere va reportá presiedintelui tribunalului matrimonalu despre resultatulu incercariloru sale, si decumva conjugele, care combate casatori'a, ar' remané pre langa propusulu seu, numitulu parochu va alaturá la reportulu seu unu atestatu subscrisu de doi martori despre nesuccederea reinoirei consensului intre conjugi, precum si estrasulu din matricul'a cununatiloru si botezatiloru.

§. 64. In cea ce privesce metodulu, ce are se se urmeze la pregatirea acteloru, se se purcéda conformu Instructiunei Sacrului Oficiu din anulu 1883 Tit. III. Part. I.

## CAPU III.

### Despre apelatiune.

§. 65. Dela forulu protopopescu de I-m'a instantia apelatiunea se va face la forulu ordinariu episcopescu de a II-a



constet, matrimonium aliquod propter eiusmodi impedimentum invalidum esse, tunc ex officio procedendum est, ut vel convalidatio peragatur, vel pars impugnandi iure pollens adversus matrimonium reclamet.

§. 61. Alterutro Coniuge matrimonium impugnante, praeprimis inquirendum est, an forsan impugnandi iure ipse exciderit; quod si hoc extra dubium positum sit, haud actio acceptanda erit. Item etiam absque ulla rei inquisitione reiicienda est accusatio, quando ea factis quibusdam innitatur, quae licet vera undequaque essent, nihilominus matrimonio dissolvendo inepta forent.

Tunc quoque similiter procedendum est, quando falsitas assertionis, cui coniux ius suum impugnandi superstruit, in propatulo est.

§. 62. Quodsi impedimentum eiusmodi naturae sit, ut per renovationem consensus e parte coniugis matrimonium impugnantis removeri queat, tunc ordinario coniugum parocho, vel pro rerum adiunctis, alii sacerdoti iniungendum erit, ut coniugem illud impugnantem opportunis admonitionibus ad consensum renovandum inducat; aut pro re nata agat ad hoc, ut consensus declaratio coram se facta et coram duobus testibus iteretur.

§. 63. Parochus, cui negotium commissum est, ad tribunalis matrimonialis praesidem conaminum suorum exitum referre debet; et quando coniux matrimonium impugnans proposito suo insistat, praefatus parochus relationi suae attestationem a duobus testibus subscriptam de non renovato coniugum consensu, nec non extractum e libro nuptiali et baptismali adnectere debet.

§. 64. In eo quod attinet ad methodum sequendam in actis conficiendis, procedatur iuxta Instructionem S. Officii anni 1883 Tit. III Part. I.

## CAPUT III.

### De appellatione.

§. 65. Appellatio promovebitur a foro protopopali I$^{ae}$ instantiae ad forum ordinarium episcopale II$^{ae}$ instantiae; a foro

instantia; dela forulu episcopescu la forulu metropolitanu, cá foru de a III-a instantia; ér' dela forulu metropolitanu la Scaunulu Apostolicu, care deléga pre unulu dintre Episcopii acestei provincie, cá in numele Santului Scaunu se judece causele apelate in forulu de a IV-a instantia.

Causele din Archidiecesa, cari Metropolitulu le-a judecatu in Forulu seu ordinariu, cá foru de a II-a instantia, sunt de a se apelá la forulu delegatu de Sumulu Pontifice, cá foru de a III-a instantia.

§. 66. Apelatiunea se va insinuá la tribunalulu, in contra a carui sentintia este indreptata, in restempu de diece dîle computate dela notificarea sentintiei. Ér' tribunalulu acel'a are se tramita actele la forulu superioru in restempu de trei-dieci dîle computate dela publicarea sentintiei; totu odata partea apelanta se se insciintieze despre ace'a, si cu ocasiunea insinuarei apelatei s'ale se se faca atenta, cá in restempu de trei-dieci dîle dela acésta insinuare se-si asterna recursulu seu la tribunalulu superioru competentu. Rogarea de a se concede unu terminu mai lungu de apelatiune se va dá la tribunalulu, dela acarui sentintia se face apelatiunea; inse prelungirea acestui terminu numai din motive forte ponderóse este de a se concede.

§. 67. Déca conjugele citatu in causa matrimoniala cugeta, cà pote combate competinti'a Forului, are se espuna acelui tribunalu motivele sale in decursu de diece dîle dela intimarea citatiunei. Déca s'ar' intemplá, cá acestu tribunalu se-i reiepte motivele cá nefundate, numitului conjuge i stà in voia, se recurga la celu mai de aprope foru superioru. Dar' déca si acestu foru ar' aflá de nefundata impugnarea competintiei seau recursulu datu, atunci litigantele trebue se se supuna tribunalului, care l'a citatu.

### CAPU IV.

### Despre sentintia.

§. 68. Protocolulu de investigatiune probatoria subscrisu de Comisariu, de defensorulu matrimonialu si de secretariu, se va substerne presiedintelui forului matrimonialu; si dupa



episcopali ad forum metropolitanum qua III$^{ae}$ instantiae; a foro autem metropolitano ad Sedem Apostolicam, quae unum ex Episcopis huius provinciae constituit, qui eiusdem S. Sedis nomine causas appellatas in foro IV$^{ae}$ instantiae iudicet.

Causae in Archidioecesi occurrentes, quas Metropolita in Foro suo ordinario, qua II$^{ae}$ instantiae foro iudivicavit, ad forum a Summo Pontifice delegatum qua III$^{ae}$ instantiae appellandae sunt.

§. 66. Appellatio apud tribunal, contra cuius sententiam directa est, intra decem dies a sententia notificata interponenda est. Tribunal vero intra triginta dies a publicata sententia computandos acta ad forum superius transmittere debet; insimul pars appellans ea de re certior reddatur; et occasione interpositae appellationis commoneatur, ut intra triginta dies ab hac interpositione suas deductiones tribunali superiori competenti subiiciat. Supplicatio de longiori termino appellationis concedendo tribunali, a cuius sententia appellatio fit, proponenda est: sed termini huiusmodi prorogatio nonnisi ob gravissimas rationes concedi debet.

§. 67. Si coniux, qui in causa matrimoniali citatur, competentiam Fori impugnare posse credat, eidem tribunali intra decem a citatione peracta dies gravamina sua exponere debet, Quodsi eveniat, ut istud tribunal gravamina allata tamquam non fundata reiiciat, dicto coniugi integrum erit, ad forum proxime superius recurrere. Et si quidem istud quoque forum competentiae impugnationem, sive recursum pro non fundato habeat, tunc litigans tribunali, quod eumdem in ius vocavit, subiicere sese debet.

### CAPUT IV.

### De sententia.

§. 68. Inquisitionis probatoriae protocollum, a Commissario, a matrimonii defensore, nec non a secretario subscriptum, fori matrimonialis praesidi subiiciendum est; atque

desbaterea si pertractarea causei se va aduce sentinti'a dupa modalitatea prescrisa in §. 53.

In fia-care sentintia se voru infirá pre scurtu motivele, pre cari se baséza ace'a; si sentinti'a astu-feliu pregatita, si subscrisa de catra presiedinte si secretariu, precum si intarita cu sigilulu forului, este de a se publicá partiloru conchiamate. Dupa indeplinirea acestor'a se voru insemná respunsurile partiloru cu cuvintele loru proprie.

## CAPU V.

### Ordinea instantieloru cá foruri judiciarie.

§. 69. Déca partile voru cere, se li se comunice sentinti'a, acést'a li se va dá in copia pre langa cola de primire (reversalu).

Dupa publicarea sentintiei, acést'a impreuna cu tote actele si cu unu elenchu alu acelor'a are se se substérna forului matrimonialu de a II-a instantia.

§. 70. Tribunalulu matrimonialu, care este instituitu in Curtea episcopésca, inainte de pronuntiarea sentintiei se substérna actele dimpreuna cu motivele s'ale Episcopului, care aflandu, cà caus'a nu este destulu de fundata, va impune acelui tribunalu matrimonialu, cá se cumpenésca din nou impregiurarile indicate de elu, si se-i reporteze despre resultatele desbateriloru. In urma Episcopulu, seau delegatulu lui specialu pronuntia sentinti'a definitiva.

§. 71. Déca forulu de I-a instantia dechiara casatori'a de invalida, defensorulu matrimonialu are se apeleze din oficiu la forulu de a II-a instantia; si déca forulu de a II-a instantia inca ar' judecá casatori'a de invalida, atunci defensorulu nu este obligatu, dar' i stà in voi'a si conscienti'a s'a a apelá la forulu de a III-a instantia.

§. 72. Déca inse nu se va fí insinuatu apelatiune la forulu alu III-le, va remané in poterea si voi'a conjugiloru de a incheiá alta casatoria, decumva acést'a nu va fí interdîsa vre-unui-a dintre ei pentru ore-care impedimentu seau din alta causa legitima. Inse facia cu acést'a facultate data conjugiloru remane totu de a un'a neatinsu si in deplina potere dreptulu seau privilegiulu causeloru matrimoniale, cari, ori si câtu de



discussa ac pertractata causa, sententia ferenda est iuxta modum in §. 53. praescriptum.

Cuivis sententiae rationum, quibus innititur, momenta summatim inserenda sunt; quae cum taliter deductis extensa, et per praesidem nec non secretarium subscripta, ac fori sigillo munita convocatis partibus est publicanda. Hisce peractis, partium responsiones cum propriis eorum verbis adnotandae sunt.

## CAPUT V.

### Ordo instantiarum qua sunt fora iudicialia.

§. 69. Partibus sententiam communicari petentibus ea erga reversales litteras in duplici exemplari est exhibenda.

Publicata sententia, eadem cum omni actorum serie, eorumque elencho foro matrimoniali II$^{ae}$ instantiae subiici debet.

§. 70. Tribunal matrimoniale, quod in Curia episcopali institutum est, antequam sententia proferatur, acta cum adiunctis rationum momentis Episcopo subiiciat, qui quando causam haud sufficienter fundatam esse censeat, eidem tribunali matrimoniali iniunget, ut cicumstantias ab ipso indicandas denuo perpendat, et de discussionum resultatis ad ipsum referat. Tandem Episcopus, vel eius specialis delegatus sententiam definitivam profert.

§. 71. Si forum I$^{ae}$ instantiae matrimonium invalidum declaret, matrimonii defensor ex officio ad II$^{ae}$ instantiae forum appellare debet; et si II$^{ae}$ instantiae forum matrimonium pariter invalidum esse iudicaverit, tunc ipse defensor non quidem tenetur, sed eiusdem arbitrio ac conscientiae relinquitur, ut ad III$^{ae}$ instantiae forum appellet.

§. 72. Quandiu tamen apellatio ad III$^{m}$ Forum non fuerit interposita, in potestate et arbitrio coniugum erit novas nuptias contrahere, dummodo alicui eorum ob aliquod impedimentum vel legitimam causam id vetitum non sit. Sed huiusmodi potestas coniugibus facta intelligitur salvo semper et firmo remanente iure, seu privilegio causarum matrimonialium, quae

lungu tempu ar' trece, nice odata nu devinu lucru judecatu; asia incâtu déca s'ar' descoperí una impregiurare noua, care se nu fí fostu adusa inainte, seau se fí fostu necunoscuta, acele cause se potu incepe din nou, si aduce érasi naintea forului judiciariu. Din care causa déca dela a dou'a sentintia de nulitate seau va fí apelatu cealalta parte, seau defensorulu matrimonialu ar' cugetá, cà nu pote remané cu conscienti'a linistita pre langa sentinti'a ace'a, pentrucà i se pare ori apriatu injusta, ori invalida, atunci ambiloru conjugi li este strinsu opritu a trece la alta casatoria.

§. 73. Déca inse defensorulu va fí apelatu la alu III-le Foru, si acest'a va aduce sentintia pentru validitatea casatoriei, atunci la cererea litigantelui se póte apelá caus'a la forulu de-a IV-a instantia, a carui sentintia se va considerá cá definitiva.

§. 74. Déca forulu de I-a instantia ar' aduce sentintia pentru validitatea casatoriei, acusatoriulu casatoriei pote apelá la forulu de a II-a instantia; si apelatiunea nu este de a se denegá nice in casulu acel'a, cându si forulu de a II-a instantia inca ar' decide pentru validitatea casatoriei.

Déca din contra forulu de I-a instantia va decide pentru validitatea casatoriei, si dupa insinuarea apelatiunei Forulu de a II-a instantia va judecá pentru nevaliditatea acelei-a, defensorulu matrimonialu este detoriu a apelá caus'a din oficiu la forulu de a III-a instantia. Déca forulu de a III-a instantia va dechiará validitatea casatoriei, se admite apelatiune si mai departe. Candu inse forulu de a III-a instantia dechiara casatori'a de invalida, defensorulu matrimonialu pote cere, se se constitue foru de a IV-a instantia; si sentinti'a acestuia, ori va dechiará casatori'a de valida, ori de invalida, se va considerá cá definitiva. Déca inse acésta din urma apelatiune s'ar' omite, fia-care conjuge va fí asemenea liberu a incheiá alta casatoria conformu paragrafului precedentu 72.

Candu forurile de I-a si a III-a instantia aducu sentintia in contra casatoriei, ér' forulu de a II-a instantia pentru validitatea acelei-a, defensorulu matrimonialu este detoriu a cere, se se constituésca foru de a IV-a instantia. Cu tote acestea apelatiunea la insusi Scaunulu Apostolicu are se fia libera dela ori care instantia.



ob cuiuscumque temporis lapsum numquam transeunt in rem judicatam; ita ut si nova res, quae non deducta, vel ignorata fuerit, detegatur, resumi possint, et rursus in iudicialem controversiam revocari. Quapropter si a secunda sententia super nullitate, vel altera pars appellaverit, vel defensor matrimonii eidem salva conscientia acquiescendum non putet, quia sibi vel manifeste iniusta, vel aliunde invalida videatur, firma remanet utrique coniugi prohibitio ad alias nuptias transeundi.

§. 73. Quatenus vero defensor ad III$^{m}$ Forum appellaverit, et istud pro matrimonii validitate sententiam proferet, tunc quidem ad petitionem litigantis, ad IV$^{ae}$ instantiae forum causa deferri potest; eiusque sententia pro definitiva habenda est.

§. 74. Quodsi I$^{ae}$ instantiae forum pro matrimonii validitate sententiam ferret, matrimonium accusans ad II$^{ae}$ instantiae forum appellare potest; et quando etiam hoc II$^{ae}$ instantiae forum pariter matrimonii validitatem decernat, neque eo in casu deneganda est appellatio.

Si econtra forum I$^{ae}$ instantiae pro matrimonii validitate decernat, et appellatione interposita, Forum II$^{ae}$ instantiae pro eiusdem invaliditate iudicet, matrimonii defensori incumbit ex officio causam ad III$^{ae}$ instantiae forum appellare. Quodsi III$^{ae}$ instantiae forum matrimonii validitatem declaret, ulterior etiam admittitur appellatio. Quando autem III$^{ae}$ instantiae forum invaliditatem matrimonii admittit, matrimonii defensor petere potest, ut IV$^{ae}$ instantiae constituatur forum; atque huius sententia, matrimonium vel validum vel invalidum declarans pro definitiva reputabitur. Omissa verumtamen isthac appellatione, potestas item erit unicuique coniugi novas nuptias ineundi ad formam praecedentis §. 72.

Quando I$^{ae}$ et III$^{ae}$ instantiae fora adversus matrimonium, forum autem II$^{ae}$ instantiae pro validitate sententiam proferat, matrimonii defensori incumbit petere, ut IV$^{ae}$ instantiae forum constituatur. Nihilominus appellatio ad ipsam Sedem Apostolicam a quacumque instantia libera semper sit.

§. 75. ribunalulu mai inaltu va esaminá cu esactitate lucrarile tribunaleloru inferiore, si va dá tote ordinatiunile, ce le va aflá de lipsa, cá se se suplinésca defectele, se se delature indoielele, si se se indrepteze erorile. Spre acestu scopu va poté dispune, se se esamineze conjugii, si se se asculte martorii, dela cari speréza informatiuni noue. Ér' visitarea facuta prin barbati de specialitate numai atunci trebue se se repetiésca, candu aru fí motive de ajunsu, cumcà au intrevenitu abusuri seau partialitati.

Atâtu partile, câtu si defensorulu matrimonialu au dreptulu de a aduce probe noue si in forurile mai inalte.

§. 76. Candu se combate casatori'a pentru impedimentulu nepotintiei, se voru tiené acele, ce se prescriu in Instructiunea Sacrului Oficiu din anulu 1883. Part. II. Tit. VI. Art. 5.

§. 77. Dechiararile de nulitate, precum si desfacerea legaturei matrimoniale prin depunerea voturiloru solemne, sunt de a se insemná totudeaun'a in matricul'a cununatiloru.

§. 78. Sentinti'a adusa in causele vinculului matrimonialu va fí nula, deca se va fí pronunciatu de unu tribunalu necompetentu, seau se va fí omisu cu totulu una parte esentiala in pertractarea judecatorésca, seau se va fí desbatutu caus'a in absenti'a defensorului matrimonialu.

§. 79. Cererea de nulitate este de a se dá celui mai de aprope foru matrimonialu superioru in tempulu determinatu pentru apelatiune.

§. 80. Conjugii trebue se recurga in contra competintiei forului in restempu de diece dile dela intimarea citatiunei conformu §-lui 67; pentru ace'a, dupa espirarea acelui terminu, -si pierdu dreptulu de a mai face esceptiune in contr'a competintiei tribunalului. Cu tote aceste tribunalulu superioru pote dechiará din oficiu de fara valóre sentinti'a adusa de forulu incompetentu.

§. 81. In contra sentintiei aduse asupra cererei de nulitate nu se pote apelá.

§. 82. Procesulu dechiaratu de nulu are se se repetiésca inaintea aceluiasi foru; candu insa nulitatea se baséza pre esceptiunea de necompetintia, atunci reinoirea procesului trebue se se faca inaintea forului, care s'a dechiaratu de competentu.



§. 75. Superius tribunal inferiorum tribunalium gesta exacte perpendet: omnesque dabit ordinationes, quas necessarias esse ducet, ut defectus suppleantur, dubia dilucidentur, et errores corrigantur. Hunc in finem ordinare poterit, ut coniuges examinentur, ac audiantur testes, a quibus novas informationes sperat. Exploratio autem per viros peritos facta tunc tantum iterari debet, cum sufficientia rationum momenta adsint, quod abusus aut partium studium intercesserint.

Tam partes, quam matrimonii defensor ius habent in superioribus quoque instantiis novas probationes afferendi.

§. 76. Quando matrimonium propter impedimentum impotentiae impugnatur, servanda sunt ea, quae praescribuntur ab Instructione S. Officii anni 1883 Part. II. Tit. VI. Art. 5.

§. 77. Nullitatis declarationes, nec non dissolutio vinculi matrimonialis per vota solemnia effecta, adnotandae semper sunt in libris matrimonialibus.

§. 78. Sententia in causis coniugalis vinculi lata nulla erit, si a tribunali haud competente pronunciata fuerit, vel pars essentialis in pertractatione iudiciali prorsus omissa sit, aut absente matrimonii defensore exagitata fuit causa.

§. 79. Nullitatis petitio intra tempus apellationibus praefixum foro matrimoniali proxime superiori proponenda est.

§. 80. Coniuges petitionem adversus competentiam fori intra decem a citatione peracta dies proponere debent iuxta §. 67; quocirca, eo termino elapso, ipsi ius excipiendi contra competentiam tribunalis amittunt. Tribunal tamen superius sententiam a foro incompetente latam ex officio irritam declarare potest.

§. 81. Adversus sententiam super nullitatis actione latam appelari nequit.

§. 82. Processus pro nullo declaratus, coram eodem foro iterandus est; quando vero nullitas exceptioni incompetentiae innitatur, tunc processus renovatio fieri debet coram foro, quod competens declaratum est.

CAPU VI.

**Despartîrea de patu si mésa.**

§. 83. Detorintiele impreunate cu casatori'a nu se potu implini decâtu numai pre câtu tempu conjugii traiescu la olalta; din care causa convetiuirea ace'a nu se pote desface, decâtu numai in casurile determinate prin legile bisericesci si in form'a prescrisa de Biserica.

§. 84. Deca unulu dintre conjugi ar fí comisu adulteriu, celalaltu are dreptulu de a cere despartîrea perpetua de patu si de mésa, afara de casulu, candu elu ar fí aprobatu, permisu, ori cu culp'a sa ar' fí procuratu adulteriulu, seau si elu insusi ar fí comisu adulteriu. Acel'a-si pierde dreptulu de despartîre deca expresu ori tacitu iérta partei vinovate culp'a.

§. 85. Despartîrea de patu si mésa numai pre tempu anumitu se pote concede, candu convetiuirea conjugala nu se pote continuá fara de periclulu sufletului, a vietiei seau a sanetatei.

§. 86. In instruirea si judecarea acestoru cause se va purcede dupa Instructiunea substernuta in anulu 1855 unoru Teologi din Rom'a, si aprobata de aceia.

§. 87. Spesele, ce se voru face in procesele causeloru matrimoniale, voru fí de a se computá si solvi dupa prax'a diecesei respective.

---

# TITULULU V.

*Normativu pentru Judecatoriele bisericesci din Provinci'a bisericésca gr. catolica de Alb'a-Julia si Fagarasiu cu privire la procedur'a de observatu in causele bisericesci civile si criminale.*

CAPU I.

**Despre Causele si Judecatoriele bisericesci in generalu.**

§. 1. Judecatoriu ordinariu in causele bisericesci civile si criminale ale Preotiloru si mireniloru este Episcopulu propriu, care-si pote deprinde acésta potere judecatorésca prin Consistoriulu episcopescu, cá foru ordinariu in aceste cause.

§. 2. Judecatori delegati, cari nu deprindu acésta juris-



CAPUT VI.

**Separatio a thoro et mensa.**

§. 83. Obligationes coniugales nonnisi durante coniugum cohabitatione impleri possunt; idcirco ista cohabitatio nonnisi in casibus per leges ecclesiasticas determinatis, et sub forma ab ecclesia praescripta solvi potest.

§. 84. Si coniugum alter adulterium commiserit, alter ius habet perpetuam a thoro et mensa separationem petendi; nisi forsan adulterium adprobaverit, permiserit, vel sua culpa induxerit, aut ipse quoque adulterium perpetraverit. Idem separationis ius amittit, si parti reae culpam expresse vel tacite condonet.

§. 85. Separatio a thoro et mensa ad tempus tantum concedi potest, quando coniugale consortium absque animae, vitae, vel sanitatis periculo continuari nequit.

§. 86. In causis hisce instruendis et iudicandis procedetur ad normam Instructionis anno 1855 quibusdam Theologis Romae exhibitae, et ab iisdem approbatae.

§. 87. Expensae in processibus causarum matrimonialium emergentes iuxta dioecesis cuiusvis consuetudinem computatae erunt exsolvendae.

---

# TITULUS V.

*Normae pro Iudiciis ecclesiasticis Provinciae ecclesiasticae gr. catholicae Alba-Iuliensis et Fogarasiensis quoad proceduram in causis ecclesiasticis civilibus et criminalibus observandae.*

CAPUT I.

**De Causis et Iudiciis ecclesiasticis in genere.**

§. 1. Iudex ordinarius in causis ecclesiasticis civilibus et criminalibus Sacerdotum et laicorum est Episcopus proprius, qui hanc suam potestatem iudiciariam exercere potest per Consistorium episcopale, qua forum ordinarium in his causis.

§. 2. Iudices delegati, qui non suo nomine sed ex Episcopi

dictiune in numele loru propriu, ci din comisiunea Episcopului, potu fí Protopopii cu Forurile loru, dela cari se apeléza causele la Episcopulu delegante [1]).

§. 3. Presiedintele Consistoriului este Episcopulu, ér' in absenti'a acelui-a Vicariulu generalu episcopescu; pre tempulu de vacantia a scaunului episcopescu presiedintele Consistoriului va fí Vicariulu Capitulariu.

§. 4. Presiedintele Forului protopopescu delegatu de I-a instantia este Protopopulu tractualu, ori Vice-protopopulu, seau Administratorulu Oficiului protopopescu.

§. 5. Asessorii Consistoriului episcopescu suntu toti Canonicii Bisericei catedrale; precum si alti Preoti binemeritati pentru Biserica si Scola, pre cari Episcopulu diecesanu i denumesce de Asesori.

La unulu fiacare Consistoriu se va aplicá unu Notariu consistorialu, care va fí preotu provediutu cu calitatile recerute.

§. 6. Asesorii Forului protopopescu, cari de regula voru fí patru la numeru, si nice odata nu voru trece preste numerulu de siese Asesori ordinari si trei substituti, se voru alege de catra Episcopu, care cu privire la acésta alegere pote cere parerea preotiloru din districtulu respectivu.

§. 7. Asesorii si Notarii Consistoriului si ai Forului protopopescu la inceputulu functionarei loru voru depune juramentu dupa formul'a prescrisa de Episcopu.

§. 8. Precum la fiacare Consistoriu, asia si la singuraticele Foruri protopopesci se va aplicá unu Preotu deprinsu in Dreptulu canonicu, carele cu titlulu de Fiscu va supliní loculu acusatoriului in tote causele bisericesci disciplinarie si criminale, cari se pertractéza din oficiu. Fisculu inca este obligatu a depune juramentulu oficiosu dupa formul'a prescrisa de Episcopu. In causele civile ale seraciloru, veduveloru si prunciloru orfani nice odata nu va lipsí unu defensoru, care seau se constitue de catra partea respectiva, seau este de a se denumi din oficiu.

§. 9. Causele procesuale, indata ce voru fí fostu presentate, se voru imparti de catra presiedinte Asesoriloru spre

[1]) Conc. prov. gr. cat. I. Tit. X. Cap. III.



commissione exercent hanc iurisdictionem, possunt esse Protopopae cum suis Foris, a quibus causae appellantur ad Episcopum delegantem [1]).

§. 3. Praeses Consistorii est Episcopus, et in absentia eius Vicarius generalis episcopalis; pro tempore vacationis Sedis episcopalis praeses Consistorii erit Vicarius Capitularis.

§. 4. Praeses Fori protopopalis delegati I [ae] instantiae est Protopopa tractualis, vel Vice-protopopa, seu Administrator Officii protopopalis.

§. 5. Assessores Consistorii episcopalis sunt omnes Canonici Ecclesiae cathedralis; prouti et alii Sacerdotes benemeriti de Ecclesia ac de Schola, qui per Episcopum dioecesanum nominantur in Assessores.

Ad unumquodque Consistorium deputabitur Notarius consistorialis, qui erit Sacerdos requisitis qualitatibus praeditus.

§. 6. Assessores Fori protopopalis, qui de regula erunt quatuor numero, et nunquam excedent numerum sex Assessorum ordinariorum, et trium substitutorum, eligentur ab Episcopo, qui ad hanc electionem sententiam Sacerdotum respectivi districtus exquirere potest.

§. 7. Assessores et Notarii Consistorii et Fori protopopalis ad initium functionis suae emittent iuramentum iuxta formulam ab Episcopo praescriptam.

§. 8. Sicut cuilibet Consistorio, ita singulis Foris protopopalibus adiungetur unus Sacerdos in Iure canonico versatus, qui sub Fisci titulo fungens, in omnibus causis ecclesiasticis disciplinaribus vel criminalibus, quae ex officio pertractantur, accusatoris locum supplebit. Fiscus quoque tenetur emittere iuramentum officiosum iuxta formulam ab Episcopo praescriptam. Nunquam deerit defensor, vel a parte constitutus, vel ex officio deputandus in causis civilibus pro pauperibus, viduabus ac pupillis.

§. 9. Causae processuales statim ac praesentatae fuerint, ex parte praesidis distribuentur Assessoribus ad studendum

[1]) Concil. prov. gr. cath. I. Tit. X. Cap. III.

studiare si referire; avendu-se totudeaun'a inaintea ochiloru, cá intru câtu ar' fí cu potintia toti Asesorii se fia ocupati in asemene mesura.

§. 10. Loculu Asesoriloru, cari prin morbu, seau prin alta causa legitima voru fí impiedecati a lucrá, se va ocupá prin Asesori suplenti; si asia causele incredintiate Asesoriloru absenti ori impiedecati se voru dá spre studiare si referire Asesoriloru suplenti.

Asesorii Consistoriului precum si ai Foruriloru protopopesci nu voru poté luá parte la pertractarea si deciderea causeloru urmatorie:

1. in causele proprie, seau in atari cause, din cari voru avé ceva folosu seau dauna;

2. in causele rudenieloru seau ale afiniloru pana la gradulu alu cincele inclusive;

3. in causele, in cari au fasionatu cá martori;

4. in causele, in cari au luatu parte cá Asesori ai Forului inferioru.

§. 11. In forurile protopopesci Presiedintele pronuntia sentinti'a dupa opiniunea maioritatei absolute a votantiloru; deca inse voturile voru fí egale, atunci va decide ace'a parte, la care se va fí alaturatu votulu presiedintelui, afara de causele criminale, in cari egalitatea voturiloru decide in favorulu acusatului.

## CAPU II.

### Despre procedur'a bisericésca judiciaria si civila.

§. 12. Actorulu numitu dela „agere" este ace'a parte litiganta, care dà actiune in contra partei contrarie cu intentiunea de a aperá interesulu seu propriu, seau alu partei, pre care o representa.

Actorulu va propune actiunea sa in scrisu la Consistoriulu episcopescu concernentu cá Foru ordinariu; si in ace'a va espune pre scurtu cererea sa de-impreuna cu motivele, pre cari se radîma cererea.

In cause bisericesci civile actiunea se pote propune si prin procuratoru constituitu in modu legalu, dupa axiom'a de dreptu: „Potest quis per alium, quod potest facere per se ipsum".



et referendum; eo semper prae oculis habito, ut quantum fieri possit, omnes Assessores pari ratione occupati sint.

§. 10. Locus Assessorum, qui per morbum, aut aliam legitimam causam impediti fuerint, per Assessores supplentes occupabitur; ideoque causae Assessoribus absentibus aut impeditis concreditae, ad studendum et referendum supplentibus iisdem tradentur.

Assessores Consistorii, prouti et illi Fororum protopopalium non poterunt partem habere in pertractatione et decisione causarum sequentium:

1-o in causis propriis, aut talibus, ex quibus aliquod emolumentum aut damnum ipsis obvenient;

2-o in causis Consanguineorum aut affinium usque ad quintum gradum inclusive;

3-o in causis in quibus qua testes deposuerint;

4-o in causis, in quibus qua Assessores Fori inferioris participarunt.

§. 11. In Foris protopopalibus Praeses pronunciat sententiam iuxta opinionem pluralitatis absolutae votantium; quodsi vero vota aequalia fuerint, tunc ea decidet pars, cui votum praesidis accesserit, exceptis causis criminalibus, in quibus paritas votorum reo favere debet.

## CAPUT II.

### De procedura ecclesiastica iudiciaria civili.

§. 12. Actor „ab agere" est illa pars litigans, quae libellum iudicialem exhibet contra partem adversam cum intentione suum proprium, aut partis per se repraesentatae interesse defendendi.

Actor libellum iudicialem scripto proponet Consistorio episcopali concernenti qua Foro ordinario; in eoque concise notabit petitionem suam una cum motivis, quibus eadem suffulcitur.

In causis ecclesiasticis civilibus actio potest proponi etiam per procuratorem legitimo modo constitutum, iuxta axioma iuris „Potest quis per alium, quod potest facere per se ipsum".

§. 13. Bisericele, manastirile si alte societati bisericesci -si voru propune actiunile prin representantii sei proprii; minorenii prin Tutori, ér' cei lipsiti de minte, precum si cei dechiarati de risipitori, prin Curatorii sei legali.

§. 14. Actorulu va urmá Forulu Inctului. Actorulu este obligatu o probá in modu legitimu asertiunile sale dupa axiom'a juridica: „Actori incumbit probatio“.

In urmatoriele casuri insa actorulu va fí scutitu de obligatiunea de a probá:

a) Deca inctulu recunosce asertiunile actorului, si le intaresce cu marturisirea sa propria;

b) deca judecatoriulu seau comisariulu lui in decursulu pertractarei va fí ajunsu la cunoscinti'a deplina a lucrului controversu;

c) candu caus'a propusa de actoru, fiendu de notorietate publica, este cunoscuta toturoru, seau la partea cea mai mare a poporului din locu;

d) deca despre ace'asi causa se pote convinge ori ce omu cu mintea sanetosa;

e) cându judecatoriulu se pote convinge despre dreptatea causei prin deducerea, ce o face din cele ce s'au intemplatu, ori nu s'au intemplatu.

§. 15. Acusatulu, care se numesce Inctu dela „in causam inductus“ este ace'a parte, in contra carei-a se urdiesce procesulu.

Inctulu se pote apera seau in persona, seau prin procuratoru; elu inca este obligatu a-si probá esceptiunea facuta in contra actiunei propuse.

§. 16. Consistoriulu episcopescu, cá Foru ordinariu, pote tramite actiunea, ce i s'a asternutu, Protopopului concernentu, cá Presiedintele Forului protopopescu, dandu-i insarcinarea, cá mai inainte de tote se autentice actiunea tramisa; si spre acestu scopu Protopopulu va avé se citeze inaintea s'a pre actoru, si se-i cetésca actiunea, cá asia se se pota convinge, cà actiunea propusa este tocmai a aceluia, seau a acelor'a, sub a carui-a, seau sub a caror'a nume este scrisa. Actorulu -si pote retrage actiunea sa in ori si ce stadiu alu procesului inainte de a se fí adusu si publicatu sentinti'a.



§. 13. Ecclesiae, monasteria et aliae societates ecclesiasticae proponent suas actiones per repraesentantes proprios; aetate minores per Tutores, amentes vero, prouti et prodigi declarati, per suos Curatores legales.

§. 14. Actor sequitur Forum rei. Actori incumbit modo legitimo probare assertiones suas, iuxta iuris axioma „Actori incumbit probatio“.

In sequentibus casibus tamen actor erit liber ab obligatione probandi.

a) Si reus conventus recognoscat actoris assertiones, easque propria confessione comprobet;

b) si iudex aut eiusdem comissarius in decursu pertractationis pervenerit ad plenam causae controversae cognitionem;

c) quando causa per actorem proposita notorietate publica est omnibus cognita, aut saltem maiori parti populi localis;

d) si de eadem causa quilibet sanae mentis homo potest convinci;

e) quando iudex per deductionem ex iis, quae acciderunt, aut non acciderunt, potest convinci de causae iustitia.

§. 15. Reus conventus, qui Inctus dicitur prout „in causam inductus“, est ea pars, contra quam instruitur processus.

Inctus potest sese aut in propria persona aut per procuratorem defendere; ipsi etiam incumbit probatio exceptionis suae contra actionem propositae.

§. 16. Consistorium episcopale, qua Forum ordinarium, libellum iudicialem sibi substratum transmittere potest Protopopae concernenti qua Praesidi Fori protopopalis illa data commissione: ita ut ante omnia authenticet libellum iudicialem sibi transmissum; et ad hunc finem debebit actorem coram se citare, eique libellum legere, ut hac ratione convinci possit, actionem propositam esse omnino eiusdem, aut eorumdem, sub cuius aut quorum nomine est instructa. Actor potest retractare suam actionem in quocumque stadio processus antequam sententia fuerit lata et publicata.

§. 17. Actorulu recunoscêndu actiunea de a sa si remânêndu si mai departe pre langa ace'a, Protopopulu cá comisariu va provocá pre Inctulu, cá in restempulu celu mai scurtu, de va fí posibilu in terminu de diece dîle se se presente inaintea sa. Totu de odata va espune Inctului si caus'a citatiunei, precum si punctele esentiale din actiune, cá asia acel'a se pota respunde la ele, cându se va fí infatiosiatu.

Totu pre acelu terminu se va citá si Actorulu.

Cându actiunea este indreptata in contra Bisericei, seau Manastirei, seau in contr'a unei societati, atunci se va citá Curatorulu Bisericei, seau a Manastirei, si respective presiedintele Societatei acusate.

Celu citatu este obligatu a se presentá in terminulu prefiptu. Si deca nu ar' voí se recunosca competinti'a Forului citatoriu, va trebuí se-si formuleze si probeze esceptiunea sa facuta in contr'a Forului in terminulu prescrisu conformu paragrafului de mai josu 63.

§. 18. Deca Inctulu nu se infatiosiéza la prim'a citatiune, atunci acel'a se citéza a dou'a si a trei'a ora totu in terminu de câte diece dîle. Deca inse nice dupa acele trei citatiuni simple seau nice dupa una citatiune peremptoria de trei-dieci dîle nu voiescu a se presentá, nice a-si legitimá absenti'a, atunci in contra Inctului mireanu se va recercá judecatori'a seculara, ér' in contra Preotului acusatu se va dictá pedepsa de suspensiune interimala dictata de Episcopu.

Deca nice midiloculu acest'a nu va avé resultatulu doritu, ori si care ar' fí fostu motivulu, partea renitenta se va declará de contumace, si procesulu se va incepe si pertractá „per contumaciam" si in absenti'a partei renitente.

Presentandu-se inse litigantii pre terminulu prefiptu, actiunea din nou autenticata se va cetí Inctului; apoi comisariulu si va dá tota silinti'a, cá controvers'a escata intre litiganti sè se compuna in modu pacificu.

Compunerea amicabila a controversiei, numita cu terminu propriu „transactiune", va poté avé locu in ori ce stadiu a procesului pana la aprobarea sentintiei definitive din partea Ordinariatului.



§. 17. Si Actor recognoscat actionem tamquam suam, eamque ultro quoque sustineat, Protopopa qua commissarius provocabit Inctum, ut idem intra brevissimum tempus, et quidem, quoad fieri possit, intra decem dies, coram se personaliter compareat. Interea exponet eidem causam citationis, prouti et essentialia ipsius actionis capita, ut hac ratione Inctus idem ad illa, dum comparuerit, respondere valeat.

Pro eodem termino Actor quoque erit citandus.

Quando actio adstruitur contra Ecclesiam, aut Monasterium, aut contra aliquam Societatem, tunc citabitur Curator Ecclesiae, sive Monasterii, et respective praeses Societatis in iudicium vocatae.

Ille qui citatur, est obligatus comparere in termino praefixo. Quod si nolit agnoscere competentiam Fori citatorii, debebit formare et probare exceptionem suam contra Forum deductam, idque intra terminum praescriptum iuxta inferius §. 63.

§. 18. Quodsi Inctus recuset comparere ad primam citationem, tunc idem citatur secunda et tertia vice, semper ad terminum decem dierum restricta. Si ipse autem nec post trinas illas citationes simplices compareat, aut neque post unam citationem peremptoriam ad 30 dies extensam, velit comparere, nec absentiam suam legitimare, tunc contra Inctum laicum requiretur iudicium saeculare; contra Sacerdotem vero enunciabitur censura suspensionis ad interim ab Episcopo infligenda.

Si neque hoc remedium producat optatum effectum, quodcumque secus fuerit motivum, pars renitens declarabitur contumax, atque processus inchoabitur et perficietur „per contumaciam" et in absentia partis renitentis.

Quando si vero litigantes in termino praefixo compareant, actio denuo authenticata perlegetur Incto; deinde commissarius omnem adhibebit curam, ut controversia inter litigantes exorta pacifice componatur.

Amicabilis controversiae compositio, quae in suo termino „transactio" dicitur, poterit locum habere in quolibet statu processus usque ad sententiae definitivae approbationem per Ordinariatum emittendam.

§. 19. In casu inse, candu complanarea causei nu ar' succede, Inctulu se va provocá a-si dá respunsulu seu. Si deca va cere, se i se comunice actiunea, acést'a i se va dá pre langa reversu de primire cu indetorirea de a-si dá respunsulu seu in terminu de 15 pana la 30 de díle.

§. 20. Deca Inctulu in respunsulu seu va fí facutu esceptiuni intemeiate in contra pretensiuniloru Actorului, seau in contra documenteloru produse de acest'a, in acelu casu repunsulu lui se va comunicá Actorului spre replicare. Replic'a Actorului se va dá Inctului spre a-si pregatí esceptiunile sale in una duplica, cu carea se va pune capetu concertatiuniloru scripturistice.

Litigantii in facerea reflecsiuniloru s'ale voru observá strinsu terminii prefipti de Comisariu.

§. 21. Protopopulu cá Comisariu va tramite Consistoriului episcopescu concernentu respunsulu Inctului deimpreuna cu actiunea Actorului si cu celelalte acte acesorie; si dupa primirea acestor'a Consistoriulu va luá caus'a la pertractare, si va decide, óre este de lipsa a se face in ace'a investigatiune, ori nu?

§. 22. Deca Consistoriulu ar' aflá de lipsa, se se faca investigatiune, actele asternute le pote transpune Protopopului, dându-i instructiunea cuvenita.

§. 23. Candu obiectulu investigatiunei va fí de natura privata, Comisariulu, inainte de a esi la faci'a locului spre facerea investigatiunei, va provocá pre actoru, se-i tramita spesele de drumu, seau altucum se-i presteze vectur'a.

Totu cu ace'a ocasiune va notificá litigantiloru díu'a esirei sale la faci'a locului; care dí inse nice odata se nu fia dí de Domineca ori serbatóre. Afara de ace'a va provocá pre litiganti, cá in díu'a prefipta se se presente in persona impreuna cu martorii si documentele, ce le-aru avé.

§. 24. Comisariulu capatandu spesele amintite, seau preiunctur'a necesaria, pre díu'a prefipta va merge la loculu acel'a, unde este de a se face investigatiunea; insa acel'a va fí unu astufeliu de locu, incâtu partea litiganta se nu pota face nice una esceptiune de partinire ori favoru catra partea contraria.



§. 19. In casu vero, quo causae compositio non succedat, Inctus provocabitur ad dandum suum responsum. Quod si actionem sibi communicari petat, tum ipsa erga reversales communicabitur cum iniunctione suum responsum dandi intra terminum a 15 ad 30 dierum spatium extensibilem.

§. 20. Si Inctus in suo responso opposuerit fundatas exceptiones contra Actoris praetensiones, aut contra documenta ab hoc producta, eo in casu responsum eius communicabitur Actori ad replicandum. Actoris replicatio dabitur Incto ad praeparandas suas exceptiones per duplicationem, eaque exhibita imponetur finis decertationibus in scriptis.

Litigantes in faciendis suis deductionibus observabunt districte terminos a Commissario praefixos.

§. 21. Protopopa qua Commissarius submittet Consistorio episcopali concernenti responsum Incti una cum actione Actoris et reliquis actis accessoriis; iisque acceptis, Consistorium assumet causam ad pertractandum, atque decidet utrum in eadem necessario facienda sit inquisitio, an non.

§. 22. Si Consistorium iudicaverit esse necessariam inquisitionem, tunc acta sibi substrata transponere potest Protopopae cum sua debita instructione.

§. 23. Quando obiectum investigationis fuerit naturae privatae, antequam Commissarius ad ipsam faciendam se transferat in faciem loci, provocabit actorem, ut expensas itineris suppeditet; aut secus praestet vecturam.

Eadem occasione notificabit litigantibus diem sui accessus ad faciem loci; qui tamen nunquam esse debet die Dominico vel festivo. Praeterea provocabit eosdem litigantes, ut in die praestituto una cum suis testibus et documentis, si quae habeant, personaliter compareant.

§. 24. Commissarius acceptis praedictis expensis, aut vectura parata, in die praefixo se conferet ad locum, ubi inquisitio instauranda est; hic taman locus talis erit, ut pars litigans nullam possit ob illum opponere exceptionem patrocinii aut favoris erga partem adversam.

§. 25. Protopopulu cá Comisariu va luá cu sine unu Actuariu; carele, de nu se va dispune altucum din partea Forului competentu, seau de nu va pretinde altumintrea natur'a lucrului, de regula va fí Notariulu tractului protopopescu. In casu contrariu inse va fí altu Preotu din protopopiatu.

§. 26. Dupa-ce Actorulu se va fí presentatu cu martorii sei, Incuisitorulu va intrebá pre Inctu: nu are ceva esceptiune fundata in contra unui, seau altui martoru? Deca Inctulu ar face esceptiune in contra unui-a seau altui martoru, Incuisitorulu in acelu casu va luá esceptiunea la protocolu.

Asemenea va procede si facia cu martorii produsi de Inctu in contra Actorului.

§. 27. Intrebarile, ce au se se puna martoriloru, voru fí parte generale, adeca cu privire la calitatile personale ale martoriloru, si la relatiunile loru cu partile litigante, si cu caus'a controversa. Atari intrebari voru contiené: numele, conumele, etatea, religiunea martoriloru; mai incoló starea loru, secsulu, caracterulu, locuinti'a, si consangenitatea ori afinitatea, amiciti'a ori inimiciti'a loru cu partile litigante, folosulu seau daun'a, ce o astepta martorulu dela resolvirea procesului; apoi ore fostu-a candu-va sub judecata? si pedepsitu? Parte voru fí speciale, adeca cu privire la caus'a controversa, si la impregiurarile acelei-a.

Intrebarile speciale, ce au se se propuna martoriloru Actorului se voru formá de Comisariu din actiunea si replicele acelui-a. Pentru martorii Inctului se voru compune din respunsulu si duplic'a acelui-a. Inse mai vertosu se voru intrebá acei-a despre originea scientiei loru, adeca: de unde scie martorulu acést'a ori ace'a? din vediute? ori numai din audite? ore cunosce pre litiganti si pre alte persone, cari au fostu de facia? Asia se voru intrebá si despre loculu, unde, si despre tempulu candu s'a intemplatu fapt'a.

Fiacare parte va poté propune Comisariului nescari puncte scurte, asupr'a caror'a ar voi se se esamineze contra martoriloru partei contrarie.

§. 28. Martorii trebue se fia de una parte persone apte



§. 25. Protopopa qua Commissarius assumet secum unum Actuarium; qui nisi a Foro cempetente aliter disponatur, vel nisi rei natura aliud exposcat, de regula erit Notarius tractus protopopalis. In casu autem contrario erit alter Sacerdos tractualis.

§. 26. Postquam Actor comparuerit cum suis testibus, Inquisitor interrogabit Inctum, num contra unum, alterumve testem habeat, vel non, fundatam aliquam exceptionem. Quod si contra unum alterumve testem Inctus excipiat, inquisitor eo in casu exceptionem ipsam ad protocollum deducet.

Pari ratione procedet etiam cum testibus per Inctum contra Actorem productis.

§. 27. Interrogationes testibus proponendae, partim erunt generales, id est respectu qualitatum personalium ipsorum testium, et quoad relationes illorum ad partes litigantes, et ad causam controversam. Tales interrogationes erunt: nomen, cognomen, aetas, religio testium; dein status eorum, sexus, character, locus habitationis, consanguinitas aut affinitas, amicitia vel inimicitia cum litigantibus, emolumentum aut damnum, quod expectaret testis ab exitu causae; praeterea num aliquando fuerit in iudicio, et an condemnatus? Partim erunt speciales, idest relate ad causam controversam et ad eiusdem circumstantias.

Interrogationes speciales proponendae testibus Actoris deducentur per Commissarium ex libelo iudiciali et replicationibus eiusdem. Pro testibus Incti concinnabuntur ex responsione et duplicatione ipsius. Praecipue vero interrogabuntur de origine scientiae suae, id est: unde scit testis hoc vel illud? utrum ex visu? an vero ex solo auditu? etc.; an cognoscat litigantes aliasque personas, quae praesentes fuissent? Ita etiam interrogabuntur de loco, ubi, et de tempore, quando factum evenerit?

Utraque pars poterit Commissario brevia proponere articula, circa quae velit examinari contra testes adversos.

§. 28. Testes debent esse ex una parte personae ad

de a fasioná, ér' de alta parte se nu fia suspecte pentru vreunu avantagiu ori folosu in caus'a controversa; deci:

1. cá neapti de a fasioná nu se voru admite: a) Actorulu seau ori care altulu in caus'a sa propria; b) infantii si cei smintiti la minte; c) impuberii, seau cei ce n'au implinitu anulu alu 14-le alu etatei; d) cei ce sunt notati cu infamia; e) cei ce au juratu strembu ori au frantu juramentulu; f) Preotii in cele ce le sciu din sant'a marturisire; g) aceia, cari au defectu la organulu necesariu spre cunoscerea lucrului, d. e. orbii din vediutu, si surdîi din audîtu; h) cei ce sunt escomunicati de a fí incungiurati;

2. cá suspecti in causa se voru considerá: a) parintii pentru fii sei si viceversa; b) conjugele in caus'a conjugelui seu; consangenii si afinii din gradurile oprite, unulu in caus'a celui-alaltu; c) servitori iin causele domniloru sei; d) inimicii in caus'a inimiciloru sei; e) complicii crimei si socii de contractu in contra sociloru sei.

Inse in fapte si cause de acelea, cari nu se potu dovedí cu alti martori, se voru poté admite si cei amintiti, precum si atunci, candu partea contraria nu va face esceptiune in contra acelor'a; dar' câtu pondu va fí de a se pune pre fasiunile loru, se va judecá cu discretiunea prudenta a judecatoriloru.

§. 29. Martorii, in contra caror'a nu se pote face nice una esceptiune intemeiata, inainte de a se admite la depunerea fasiuniloru, voru jurá, cà voru spune adeverulu intregu si nefalsificatu, fara de a adauge, omite ori a schimbá ceva.

Candu martorii jura, partea contraria va poté fí de facia, fara cá inse absenti'a acelei-a se impiedece depunerea juramentului.

Producêndu-se cá martoru vre-unu preotu, acel'a cá atare este scutitu de depunerea juramentului corporalu, inse este obligatu a fasioná, cumcà depune pre puritatea conscientiei sale preotiesci.

Martoriloru de conditiune inferiora, inainte de depunerea juramentului, li se va tiené una eshortatiune despre santieni'a juramentului si despre reutatea perjuriului, precum si despre gravitatea pedepseloru, ce le dictéza in contra perjuriloru atâtu legile divine câtu si cele umane.



deponendum idoneae; alia ex parte vero non suspectae ob commodum vel utilitatem aliquam in causa controversa; hinc:

1-o qua inepti ad deponendum non admittentur a) Actor sive alter quicumque in propria sua causa; b) infantes et amentes; c) impuberes, sive qui non compleverunt 14 aetatis annum; d) infamia notati; e) periuri et fidefragi; f) Sacerdotes in iis, quae ex sacra confessione norunt; g) qui organi ad rei notitiam necessarii defectu laborant, ex. gr. coeci ex visu, surdi ex auditu; h) excommunicati vitandi.

2-o quatenus suspecti in causa considerabuntur: a) parentes pro filiis suis et viceversa; b) coniux in causa sui coniugis; consanguinei et affines in gradibus vetitis, unusquisque in causa alterius; c) servi in causis dominorum suorum; d) inimici in causa inimicorum suorum; e) complices criminis, vel socii contractus contra suos socios.

Sed in factis et causis talibus, quae per alios testes comprobari non possunt, etiam praedicti poterunt admiti; prouti etiam quando pars contraria non excipiat contra eosdem; quanta tamen fides sit eorum depositionibus tribuenda, prudenti iudicum discretione pendetur.

§. 29. Testes, contra quos nulla exceptio fundata opponi potest, antequam ad deponendum admittantur, elicient iuramentum, quod verum dicant integre et non cum falsitate, absque augmento, detractione aut perversione.

Quando testes iurant, pars contraria poterit esse praesens, quin tamen eius absentia impediat iuramenti praestationem.

Si Sacerdos adducatur in testem, ipse qua talis liber est a praestatione iuramenti corporalis, sed tenetur fateri se deponere pro puritate sacerdotalis conscientiae suae.

Testibus inferioris conditionis, antequam iuramentum ipsi emittant, exhortatio erit danda de sanctitate iuramenti, et de malitia periurii; necnon de gravitate poenarum, quas contra periuros tum divinae tum humanae leges decernunt.

La incuisitiunile preliminarie, candu adeca judecatoriulu voiesce se-si castige numai informatiune despre starea causei, se voru admite la fasionare si martori nejurati; ma inca si la Incuisitiuni probatorie se voru poté admite martori nejurati, deca partile se voru invoí la ace'a. Dar' acést'a pote avé locu numai in causele loru private, pentru-cà in causele, cari atingu binele publicu, martorii nu se potu dispensá de prestarea juramentului.

§. 30. Martorii se voru esaminá unulu câte unulu in absenti'a partiloru litigante.

§. 31. Fasiunile martoriloru se voru luá la protocolu intru tote cu cuvintele loru proprie; asia incâtu Comisariulu investigatoriu se nu adauga nemica din alu seu, seau se alature ceva cá alu seu, ci se se considere numai cá simplu ascultatoriu alu martoriloru si cá descrietoriu a fasiuniloru depuse de aceia.

§. 32. Fasiunile martoriloru absenti date in scrisu nu merita consideratiune.

§. 33. Deca martorii din caus'a departarei, ori a morbului, ori a altui impedimentu legitimu nu s'aru poté presentá la loculu determinata, atunci Comisariulu va tramite punctele de intrebari la parochulu locului, unde petrecu aceia, seau la altu parochu din apropiare cu recercarea oficiosa, cá se iée fasiunile martoriloru in form'a prescrisa, si apoi se i le tramita pre posta seau in altu modu. Deca insa martorii voru fí din alta diecesa, va fí recercatu Ordinariatulu aceleia, cá se dispuna esaminarea acelor'a dupa utripunctele, ce se voru alaturá.

§. 34. Dupace martorulu -si va fí datu fasiunile sale, aceste i se voru cetí, si se va intrebá, deca acele sunt bine descrise asia, precum ie-a dîsu densulu. Apoi deca mai are ceva de adausu ori de subtrasu? Deca acel'a nu ar' avé nemica in contra, se va provocá, se-si intarésca cele fasionate cu subscrierea sa propria; ér' deca nu ar sci scrie, elu insusi va face semnulu crucei naintea numelui seu, si in loculu lui va subscrie Actuariulu, seau altulu chiematu spre ace'a.

§. 35. Asia se va procede cu toti martorii pana la celu din urma; si dupa-ce -si voru fí datu toti fasiunile sale, se va



In inquisitionibus praeliminaribus, dum nempe iudex vult de causae statu sibi meram informationem procurare, admittentur ad deponendum etiam testes non iurati; qui imo etiam in Inquisitionibus probatoriis poterunt non iurati testes admitti, si in id partes consenserint. Hoc vero tantum in causis eorum privatis potest locum habere; quum in causis, quae publicum bonum attingunt, testes non possint a iuramenti praestatione dispensari.

§. 30. Testes examinabuntur singullatim in absentia partium litigantium.

§. 31. Depositiones testium deducentur ad protocollum, ipsorum verbis simpliciter enunciatis; ita ut Commissarius inquisitor nihil e suo addere vel ut suum apponere possit, sed tantum uti simplex testium auditor, et depositionum eorum conscriptor considerari debeat.

§. 32. Depositiones absentium testium scripto datae nullam merentur attentionem.

§. 33. Quodsi testes ob distantiam, vel morbum, aut aliud aliquod impedimentum legitimum non valeant ad locum praefixum comparere, tunc Commissarius transmittet articulos interrogatorios parocho loci, ubi illi commorantur; aut alteri vicino parocho cum officiosa requisitione, ut depositiones testium in forma praescripta excipiat, atque easdem via postali vel alio modo sibi remittat. Si vero testes fuerint ex alia dioecesi, requiretur Ordinariatus illius ad hoc, ut eosdem iuxta articulos, qui accludentur, examinari disponere velit.

§. 34. Postquam testis emiserit suas depositiones, ipsae legentur eidem, et interrogabitur, utrum eaedem bene sint adnotatae prouti ipsa easdem elicuit? Dein utrum habeat adhuc aliquid addendum, aut demendum? Si idem nihil habuerit in contrarium, provocabitur ut suas depositiones propria subscriptione confirmet; quodsi scripturae ignarus sit, ante nomen suum ipse ponet signum crucis, et loco ipsius subscribet Actuarius, sive alter ad hoc vocatus.

§. 35. Ita procedetur cum omnibus testibus usque ad ultimum; et postquam omnes emiserint suas depositiones,

incheiá protocolulu, pre care-lu va subscrie atâtu Comisariulu câtu si Actuariulu.

§. 36. Protocolulu fasiuniloru date de martorii Actorului se va comunicá cu Inctulu pre langa reversu de primire, si de odata se va provocá, cá in contra fasiuniloru acelor'a se-si faca esceptiunile, ce le ar avé fundate, si inca in terminulu, ce i se va prefige; apoi se va provocá, se-si produca si martorii, cari -i ar' avé pre partea sa; si cu acesti-a se va procede in modulu acel'a, cá si cu martorii Actorului.

§. 37. Deca din fasiunile martoriloru produsi de Inctu s'ar observá, cà acele contradîcu fasiuniloru depuse de martorii actorului, in acelu casu martorii, cari -si contradîcu, sunt de a se confruntá la olalta, cá asia prin confrontarea loru se se pota lamurí adeverulu.

Confrontarea Inctului cu Actorulu, seau cu martorii acestui-a, va atêrná dela impregiurari, cari une-ori pretindu, se se faca ace'a, ér de alte ori din contra o oprescu, cá nu cumva prin ace'a se se produca mai mare discordia si inimicitia intre litiganti.

§. 38. Fasiunile si depunerile intarite cu juramentu nu se voru mai poté retractá.

§. 39. Ace'a, ce doi martori jurati voru fí fasionatu chiaru si uniformu, se va considerá de doveditu, deca in contra acelor'a nice cu privire la person'a, nice cu privire la fasiunile loru, nu se pote face esceptiune fundata.

Fasiunea dubia, obscura, si incerta d. e. „de-mi aducu bine aminte", „de nu me insielu", „mi se pare" etc., nu va avé nice una valóre; asemenea si fasiunea depusa de frica si sila, ori suspecta de castigu.

§. 40. Martorii, cari nu se unescu in fasiunile loru cu privire la locu si tempu, nu probéza nemica.

§. 41. Candu obiectulu controversu este de asia natura, incâtu spre eruirea adeverului se receru cunoscintie speciale, atunci in locu de martori se voru luá celu pucinu doi barbati precepetori de lucru, inse astufeliu de barbati, incâtu asupra loru se nu pota cadé nice unu prepusu intemeiatu de partialitate.



concludetur protocollum, quod dein tum Commissarius tum Actuarius subscribent.

§. 36. Protocollum depositionum per Actoris testes elicitarum communicabitur Incto erga reversales; una vero ipse provocabitur, ut contra depositiones illas faciat, si quas habeat, fundatas exceptiones, et quidem intra terminum, qui eidem praestituetur; dein provocabitur etiam ad producendos testes, si quos pro sua parte habeat; et cum iisdem ea ratione procedetur, qua cum testibus Actoris.

§. 37. Si ex depositionibus testium per Inctum productorum observetur, quod eaedem contradicant depositionibus testium Actoris, eo in casu testes contradictorii conferendi sunt inter se ad hoc, ut per eorum comparationem constare possit de veritate.

Comparatio Incti cum Actore, aut cum huius testibus pendebit a circumstantiis, quae aliquando eam exposcunt, dum econtra nonnunquam illam fieri dissuadeant, ne per ipsam maiores discordiae et inimicitiae inter litigantes enascantur.

§. 38. Attestationes et depositiones iuramento confirmatae non poterunt retractari.

§. 39. Id, quod duo testes iurati clare et uniformiter deposuerint, pro comprobato reputabitur, si contra eosdem nec intuitu personae, nec respectu ipsarum depositionum fundata exceptio fieri possit.

Attestatio dubia, obscura, ac incerta e. g. „si bene recordor", „nisi fallar", „mihi videtur", etc. nullius erit valoris; et ita etiam depositio metu et vi extorta, aut de emolumento suspecta.

§. 40. Testes, qui in depositionibus suis relate ad locum et tempus non conveniunt, nihil probare censentur.

§. 41. Dum obiectum controversum eius est naturae, ut ad veritatem eruendam speciales notitiae requirantur, tunc loco testium assumentur ad minimum duo viri in re periti; tales quidem, in quos nulla fundata partialitatis suspicio cadere possit.

Precepetorii voru face investigatiunea dupa instructiunile, ce li se voru dá din partea Comisariului, si dupa terminarea investigatiunei, -si voru espune opiniunea in scrisu.

In contra precepetoriloru se potu face din partea contraria totu acele esceptiuni, ce li s'aru face, candu àcei-a aru functioná cá martori.

Precepetorii sunt obligati se jure, cà voru tiené adeverulu si sinceritatea in espunerea opiniuniloru sale.

De depunerea juramentului sunt scutiti numai aceia, cari de mai nainte au fostu obligati prin juramentu, cà voru observá conscientiosu sinceritatea in opiniunile sale.

In contra opiniunei precepetoriloru litigantii potu face esceptiuni in tocmai, cá in contra fasiuniloru date de martori.

§. 42. Atâtu martorii câtu si precepetorii de lucru se voru produce pre spesele partei acelei-a, care cere serviciulu si judecat'a loru; cu tote acestea partea sucumbenta in procesu va fí obligata a reintorce celeilalte parti spesele avute cu producerea acelor'a.

§. 43. Cându intr'o causa procesuala nu sunt de lipsa nice martori, nice precepetori de lucru, ci este de ajunsu inspectiunea oculara a obiectului controversatu, atunci, intru câtu ar fí cu potintia, obiectulu se va aduce naintea Comisiunei investigatorie, la din contra Comisiunea insasi va esî la faci'a locului, unde este de a se face inspectiunea asupra objectului controversatu.

§. 44. Deca una parte va produce documinte publice ori private, acestea voru fí de a se comunicá partei contrarie, carea se va intrebá, deca le recunósce de genuine. Si candu acést'a parte ar cere a i se dá acele documinte la mana spre a-si face esceptiunile, atunci acelea i se voru dá numai in copia autentica si pre langa reversu de primire.

Esceptiunile facia de documinte se potu referí seau la person'a autorului loru, seau la formalitatile recerute, seau la tempulu si loculu, candu si unde se dîcu a fí fostu facute, seau si la martorii insemnati in acele documente; asemenea, cà documentulu nu dovedesce nice de cum ace'a, ce afirma acel'a, care produce documentulu, seau cà documentulu este



Viri periti peragent investigationem iuxta instructiones ex parte Commissarii sibi dandas; ipsi deinceps, seu post expletam investigationem, exponent scripto suam opinionem.

Contra peritos proponi a parte contraria possunt eaedem exceptiones, quae fierent, si illi qua testes fungerentur.

Iidem periti obligantur iurare se fore observaturos veritatem ac sinceritatem in edendis suis opinionibus.

A iuramenti praestatione absolvuntur illi tantum, qui ob juramentum iam praestitum ex officio sunt obligati ad sinceritatem in suis opinionibus conscientiose observandam.

Contra opinionem peritorum possunt litigantes ita facere exceptiones, sicut contra testium depositiones.

§. 42. Prouti testes, ita et viri periti producentur expensis partis illius, quae eorum operam et iudicium expostulat; nihilominus pars in iudicio succumbens erit obligata alteri parti reficere expensas cum illis factas.

§. 43. Quando in aliqua causa processuali nec testes nec viri periti sunt necessarii, sed tantum sufficit inspectio ocularis obiecti controversi, tunc, in quantum fieri possit, obiectum producetur coram Commissione inquirente; in casu contrario ipsa Commissio se transferet ad locum, ubi obiectum controversum inspiciendum est.

§. 3. Averile bisericesci si scolastice se administréza inmediatu prin Curatorii Bisericei sub control'a parochiloru locali, cari voru presidiá Corporatiunei acelor'a. Parochii in fia-care anu voru dá ratiuni despre administrarea averiloru.

§. 4. Patronii, déca parochiele se afla sub patronatu, nu au dreptu a se amestecá in administrarea faptica a averiloru bisericeloru si scoleloru patronate. Pentrucá inse averile se se administreze cu diligintia, cá se nu piéra, ei au dreptulu a recurge la Ordinariatu.

## CAPU III.

### Conservarea averiloru bisericesci si scolastice.

§. 5. Averile bisericesci si scolastice trebue nu numai conservate cu cea mai mare grige, ci si inmultite, in câtu va fí cu potintia; pentru ace'a ver ce instrainare, ori vindere, ori ingreunare cu imprumuturi a aceloru averi in generalu este oprita; si numai in casuri speciale, din cause momentuose, si dupa obtienerea facultatei necesarie dela Scaunulu Apostolicu,



Ad bona scholastica pertinent omnes realitates, iura possessionalia, fundi, fundationes, quae ad institutionis incrementum referuntur, et scopos scholasticos promovent.

§. 2. Ut bona ecclesiastica et scholastica facilius conservari et administrari possint, necesse est, ut ea in omnibus parochiis dioecesanis in Inventariis omni studio confectis describantur; adiectis iisdem etiam extractibus ex libris fundiariis super bonis in §. 1. indicatis, quatenus ea in hos libros fundiarios relata sint.

Haec Inventaria in duplici exemplari conficiantur, quorum unum in archivio parochiali, alterum vero in archivio dioecesano servetur.

Inventaria ista quovis decimo anno noviter conficiantur ita, ut omnes immutationes, quae circa illa bona intra elapsum decennium intervenerint, sedulo adnotentur.

## CAPUT II.

### Administratio bonorum ecclesiasticorum et scholasticorum.

§. 3. Ecclesiastica et scholastica bona administrantur per ipsos Ecclesiae Curatores sub censura parochorum localium, qui huiusmodi Collegio praeerunt. Parochi singulis annis Episcopo rationem administrationis reddent.

§. 4. Patroni, si parochiae sub patronatu existant, non habent ius se reali bonorum ecclesiarum et scholarum patronatarum administrationi ingerendi. Pro diligenti tamen administratione bonorum, ne pereant, ius habent recurrendi ad Ordinarium.

## CAPUT III.

### Conservatio bonorum ecclesiasticorum et scholasticorum.

§. 5. Bona ecclesiastica et scholastica non modo maxima cura conservanda, sed, quatenus fieri potest, etiam augenda sunt; propterea quaecumque alienatio eorum vel venditio, vel oneratio ex contractis mutuis generatim prohibita est; et tantum specialibus in casibus, magni momenti causis intervenientibus, et impetrata ab Apostolica Sede necessaria

va fí iertatu a instrainá, si vinde ori insarciná cu imprumuturi bunurile bisericesci si scolastice inmobile si mobile pretiose.

§. 6. Pentru obtienerea facultatei amintite curatoratulu bisericescu ori parochulu beneficiatu va avé de a recurge la Ordinariatulu diecesanu, si a se rogá, cá se se esopereze facultatea necesaria spre scopulu intentionatu.

§. 7. Pentru vinderea unoru bunuri mai mici si de pucina insemnatate, concesiunea va fí de a se cere si a se capetá de adreptulu dela Episcopulu diecesanu.

---

## XV.

### *Decretulu de subscriere a acteloru sinodali.*

In Numele Preasantei si Nedespartitei Treimi a Tatalui si a Fiului si a Spiritului Santu.

Noi Joanu Vancea de Buteas'a Archiepiscopulu si Metropolitulu gr. cat. de Alb'a-Juli'a si Fagarasiu etc. etc.

Finindu-se pertractarile sinodale, provocàmu pre toti Parintii acestui Sinodu, cá se se presenteze in person'a propria, si apropiandu-se de santulu altariu, dupa subscrierea Nostra unulu fia-care se subscrie la loculu seu si in ordine decretele aduse in acestu Sinodu provincialu acum terminatu.

Joanu Vancea Archiepiscopu si Metropolitu gr. cat. de Alb'a-Juli'a si Fagarasiu intarindu am subscrisu.

Michailu Pavelu Episcopulu Oradei-mari intarindu am subscrisu.

Victoru Mihály Episcopulu Lugosiului intarindu am subscrisu.

Joanu Szabó Episcopulu Armenopolei intarindu am subscrisu.

Timoteu Cipariu Prepositulu Capitulului metropolitanu din Blasiu am subscrisu.

Teodoru Kõváry Prepositulu Capitulului din Oradea-mare am subscrisu.



facultate, bona ecclesiastica et scholastica immobilia et pretiosa mobilia abalienare et vendere vel onerare initis mutuis licebit.

§. 6. Ad praedictam facultatem obtinendam curatoratui ecclesiastico vel parocho beneficiato erit ad Ordinariatum dioecesanum recurrendum, et, ut facultas necessaria ad scopum propositum impetretur, ibidem erit supplicandum.

§. 7. Ad quaedam vero minora et exigui momenti bona vendenda, facultas directe ab Episcopo dioecesano erit et petenda et impetranda.

---

## XV.

### *Decretum de subscribendis Synodi decretis.*

In Nomine Sanctae et Individuae Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Nos Ioanes Vancea de Buteas'a Archiepiscopus et Metropolita gr. cath. Alba-Iuliensis et Fogarasiensis etc.

Pertractationibus synodalibus iam completis, omnes huiusce Synodi Patres monemus, ut in propria persona compareant, atque ad sacrum altare accendentes, post Nostram subscriptionem singuli eorum, suo loco, et ordine decreta in hac Syinodo provinciali nunc ad finem perducta promulgata subscribant.

Ioanes Vancea Archiepiscopus et Metropolita gr. cath. Alba-Iuliensis et Fogarasiensis definiens subscripsi.

Michaël Pavel Episcopus Magno-Varadinensis definiens subscripsi.

Victor Mihályi Episcopus Lugosiensis definiens subscripsi.

Ioanes Szabó Episcopus Armenopolitanus definiens subscripsi.

Timotheus Cipariu Praepositus Capituli metropolitani Blasiensis subscripsi.

Theodorus Kõváry Praepositus Capituli Magno-Varadinensis subscripsi.

Stefanu Moldovanu Prelatu domesticu si Prepositulu Capitulului din Lugosiu am subscrisu.
Joanu Anderko Prepositulu Capitulului diecesei armenopolitane am subscrisu.
Constantinu Papfalvi Canonicu Lectoru, delegatu alu Capitulului metropolitanu am subscrisu.
Joanu Fekete-Negrutiu Canonicu Cantoru delegatu alu Capitulului metropolitanu am subscrisu.
Antoniu Vestemeanu Canonicu metropolitanu Penitentiariu cá Teologu am subscrisu.
Joanu M. Moldovanu Canonicu metropolitanu Cancelariu cá Teologu am subscrisu.
Dr. Joanu Ratiu Canonicu metropolitanu Teologu cá Canonistu am subscrisu.
Paulu Vel'a Canonicu Custode si Delegatu alu Capitulului de Oradea-mare am subscrisu.
Andreiu Liviu Canonicu Lectoru, Prelatu domesticu, Abate si Delegatu alu Capitulului de Lugosiu am subscrisu.
Vasiliu B. Popu Canonicu Prebendatu si Delegatu alu Capitulului diecesei armenopolitane am subscrisu.
Alexandru Micu Vicariu Foraneu Archiepiscopescu alu Fagarasiului cá Teologu am subscrisu.
Beniaminu Popu-Densusianu Vicariu Foraneu alu Hatiegului cá Teologu am subscrisu.
Gregoriu Moisilu Vicariu alu Rodnei Protopopulu si parochulu opidului Naseudu.
Alimpiu Barbuloviciu Vicariulu Silvaniei cá Teologu am subscrisu.
Michailu Kökényesdy Protopopu si administratoru alu Vicariatului Marmatiei cá Teologu am subscrisu.
Alimpiu Blasianu Protopopulu Blasiului cá Teologu am subscrisu.
Gavrilu Popu Protopopulu Clusiului cá Teologu am subscrisu.
Simeonu Popu Mateiu Archidiaconu onorariu Secretariu metropolitanu cá Magistru de Ceremonie am subscrisu.



Stephanus Moldovan Praelatus domesticus et Praepositus Capituli Lugosiensis subscripsi.
Ioannes Anderco Praepositus Capituli dioeceseos armenopolitanae subscripsi.
Constantinus Papfalvi Canonicus Lector, delegatus Capituli metropolitani subscripsi.
Ioannes Fekete-Negrutiu Canonicus Cantor delegatus Capituli metropolitani subscripsi.
Antonius Vestemeanu Canonicus metropolitanus Poenitentiarius qua Theologus subscripsi.
Ioannes M. Moldovan Canonicus metropolitanus Cancellarius qua Theologus subscripsi.
Dr. Ioannes Ratiu Canonicus metropolitanus Theologus qua Canonista subscripsi.
Paulus Vela Canoicus Custos et Delegatus Capituli Magno-Varadinensis subscripsi.
Andreas Liviu Canonicus Lector, Praelatus domesticus, Abbas et Delegatus Capituli Lugosiensis subscripsi.
Basilius B. Popu Canonicus Praebendatus et Delegatus Capituli dioeceseos Armenopolitanae subscripsi.
Alexander Micu Vicarius Foraneus Archiepiscopalis Fogarasiensis qua Theologus subscripsi.
Beniaminus Popu-Densusianu Vicarius Foraneus Hatiegiensis qua Theologus subscripsi.
Greogorius Moisil Vicarius Rodnensis Archidiaconus et parochus Oppidi Naseud.
Alympius Barbuloviciu Vicarius Silvaniae qua Theologus subscripsi.
Michaël Kökényesdi Archidiaconus et Administrator Vicariatus Marmatiae qua Theologus subscripsi.
Alympius Blasianu Archidiaconus Blasiensis qua Theologus subscripsi.
Gabriël Popu Archidiaconus Claudiopolitanus qua Theologus subscripsi.
Simeon Popu Mateiu Archidiaconus honorarius Secretarius metropolitanus qua Magister Coeremoniarum subscripsi.

Georgiu Marchisiu Archidiaconulŭ partiloru Satmarene in dieces'a Oradei-mari cá Teologu am subscrisu.

Michailu Perianu Notariu Consistorialu alu diecesei Lugosiului cá Canonistu am subscrisu.

Eusebiu Cartice Profesoru de S. Teologia, Asesoru si Fiscu Consistorialu cá Teologu am subscrisu.

Dr. Alesandru Gram'a prefectu seminarialu si Profesoru de S. Teologia cá Canonistu am subscrisu.

Damianu Elia Domsi'a Jeromonacu in loculu Protoegumenului dela manastirea Preasantei Treimi din Blasiu am subscrisu.

---



Georgius Marchisiu Archidiaconus partium Satmariensium dioeceseos Magno-Varadinensis qua Theologus subscripsi.

Michaël Perianu Notarius Consistorialis dioeceseos Lugosiensis qua Canonista subscripsi.

Eusebius Cartice Professor S. Theologiae, Assessor et Fiscus Consistorialis qua Theologus subscripsi.

Dr. Alexander Grama Praefectus seminarialis et Professor S. Theologiae qua Canonista subscripsi.

Damianus Elias Domsia Hieromonachus loco Protohegumeni Monasterii Sanctissimae Trinitatis Blasiensis subscripsi.

---

XVI.

# DECRETULU

*Prin care se recunosce alu doilea Conciliu alu Provinciei de Alb'a-Juli'a si Fagarasiu.*

Dela fundarea Provinciei bisericesci de ritulu grecescu Românu in Transilvani'a acum a dou'a ora s'au intrunitu in conciliu provincialu R. D. P. Archiepiscopulu Fagarasiului si Albei-Julie si Episcopii sufragani. Acestu Sinodu, inceputu in 30 Maiu, terminandu-se in 6 ale lunei urmatorie Juniu din anulu 1882, Prelatulu amintitu n'a intârdîatu a tramite actele si Decretele acelui-a la acésta Sacra congregatiune de Propaganda Fide pentru Afacerile Orientale, rogandu-se, cá acelea se se recunosca cu autoritatea Santului Scaunu.

Deci dupace acele Acte si Decrete in Adunarile generale tienute in 9 si 30 Juniu, 7 si 21 Juliu din anulu curentu s'au supusu unei esaminari mature, Emii Parinti ai numitei S. Congregatiuni pre acelea-si dupa esemplariulu aci alaturatu le-au recunoscutu, si au dechiaratu, cà se potu dá la lumina.

Sentinti'a acést'a a Sacrei Congregatiuni subscrisulu Secretariu referindu-o Santiei Sale Domnului Nostru Pontificelui Leonu alu XIII in audienti'a dela 30 Septembre a acestui anu, Santi'a S'a s'a induratu a o aprobá si a o intarí, anulandu ori ce alte ordinatiuni contrarie.

Datu in Rom'a din Resiedinti'a aceleia-si S. C. de Prop. Fide pentru AA. OO. la 1 Octobre an. 1884.

Joanu Card. Simeoni
prefectu.
Serafimu Cretoni
Secretariu.



XVI.

# DECRETUM

*Quo Concilium Secundum Provinciae Alba-Iuliensis et Fogarasiensis recognoscitur.*

Secundo post erectam Ecclesiasticam Provinciam graeci ritus Rumeni in Transsilvania R. P. D. Archiepiscopus Fogarasiensis et Alba-Iuliensis atque Episcopi suffraganei in provinciale concilium convenire sategerunt. Cum Synodalis conventus die 30 Maii inchoatus, et 6 die insequentis Iunii anni 1882 absolutus fuisset, memoratus Praesul eiusdem acta et Decreta ad hanc S. Congregationem de Prop. Fide pro Negotiis Orientalibus mittere properavit, enixe postulans: ut ea S. Sedis auctoritate recognoscerentur.

Porro iisdem Actis et Decretis maturo examine perpensis in generalibus Comitiis dierum 9 ac 30 Iunii, 7 et 21 Iulii currentis anni, Emmi Patres praelaudatae S. Congregationis ea ipsa iuxta exemplar hisce adnexum recognoverunt, atque in lucem edi posse declararunt.

Quam S. Consessus sententiam cum subscriptus Secretarius SSmo Domino Nostro Leoni PP. XIII in audientia 30 Septembris huius anni retulisset, Sanctitas Sua eam probare, ratamque habere dignatus est, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae ex Aedibus eiusdem S. C. de Prop. Fide pro NN. OO. die 1 Octobris an. 1884.

Joanes Card. Simeoni
Praefectus.
Seraphinus Cretoni
Secretarius.

# APPENDIX

ad

# ACTA ET DECRETA

## Concilii Provinciae Ecclesiasticae graeco-catholicae Alba-Juliensis et Fogarasiensis anno domini 1882 celebrati.

---

### Supremae Sacrae Congregationis

*Instructio ad probandum obitum alicuius coniugis edita anno 1868.*

Matrimonii vinculo duos tantummodo „Christo ita docente, copulari, et conjungi posse, alterutro vero coniuge vita functo, secundas, imo et ulteriores nuptias licitas esse, dogmatica Ecclesiae Catholicae doctrina est".

Verum ad secundas, et ulteriores nuptias quod attinet, cum de re agatur, quae difficultatibus, ac fraudibus haud raro est obnoxia, hinc Sancta Sedes sedulo curavit, modo Constitutionibus generalibus, saepius autem responsis in casibus particularibus datis, ut libertas novas nuptias ineundi ita cuique salva esset, ut praedicta matrimonii unitas in discrimen non adduceretur.

Inde constituta Sacrorum Canonum, quibus, ut quis possit licite ad alia vota transire, exigitur quod de morte coniugis certo constet, uti cap. *Dominus de secundis nuptiis;* vel quod de ipsa morte recipiatur *certum nuncium* uti Cap. *In praesentia, De sponsalibus, et matrimoniis.* Inde etiam ea quae explanatius traduntur in Instructione *„Cum alias 21 Augusti 1670* a Clemente X sancita, et in Bullario Romano inserta super examine Testium pro matrimoniis contrahendis in Curia Emi Vicarii Urbis, et coeterorum Ordinariorum. Maxime vero quae proprius ad rem facientia ibi habentur NN. 12 et 13.

Et haec quidem abunde sufficerent, si in eiusmodi causis peragendis omnimoda, et absoluta certitudo de alterius Coniugis obitu haberi semper posset; sed cum id non sinant

casuum propemodum infinitae vices (quod sapienter animadversum est in laudata Instructione his verbis *„Si tamen huiusmodi testimonia haberi non possunt, Sacra Congregatio non intendit excludere alias probationes, quae de iure communi possunt admitti, dummodo legitimae sint, et sufficientes)* sequitur, quod stantibus licet principiis generalibus praestitutis, haud raro casus eveniunt, in quibus Ecclesiasticorum Praesidum iudicia haerere solent in vera iustaque probatione dignoscenda, ac statuenda; imo cum pro summa illa facilitate, quae aetate nostra facta est, remotissimas quasque regiones adeundi, in omnes fere orbis partes homines divagentur, eiusmodi casuum multitudo adeo succrevit, ut frequentissimi hac de re ad Supremam hanc Congregationem habeantur recursus, non sine porro partium incommodo, quibus inter informationes, atque instructiones, quas pro re nata, ut aiunt, peti mittique necesse est, plurimum defluit temporis, quin possint ad optata vota convolare.

Quapropter Sacra eadem Congregatio huiusmodi necessitatibus occurere percupiens, simulque perpendens, in dissitis praesertim missionum locis, Ecclesiasticos praesides opportunis destitui subsidiis, quibus ex gravibus difficultatibus extricare se valeant, e re esse censuit, uberiorem edere Instructionem, in qua, iis, quae iam tradita sunt, nullo pacto abrogatis, regulae indigitentur, quas in eiusmodi casibus haec ipsa S. Congregatio sequi solet; ut illarum ope, vel absque necessitate recursus ad Sanctam Sedem, possint iudicia ferri, vel certe, si recurrendum sit, status quaestionis ita dilucide exponatur, ut impediri longiori mora sententia non debeat. Itaque.

1. Cum de coniugis morte quaestio instituitur, notandum primo loco, quod argumentum a sola ipsius absentia quantacumque (licet a legibus civilibus fere ubique admittatur) a Sacris Canonibus minime sufficiens ad iustam probationem habetur. Unde sa. me. Pius VI ad Archiepiscopum Pragensem die 11 Iulii 1789 rescripsit, solam coniugis absentiam, atque omnimodum eiusdem silentium *satis argumentum non esse ad mortem comprobandam,* ne tum quidem, cum edicto regio coniux absens evocatus (idemque porro dicendum est, si per publicas ephemerides id factum sit) nullum animet indicium dederit. *Quod enim non*



*comparuerit,* idem ait Pontifex, *non magis mors in causa esse potuit, quam eius contumacia.*

2. Hinc ad praescriptum eorumdem sacrorum Canonum, documentum authenticum obitus diligenti studio exquiri omnino debet; exaratum scilicet ex regestis Paroeciae, vel Xenodochii, vel militiae, vel etiam, si haberi nequeat ab auctoritate ecclesiastica, a Gubernio civili loci in quo, ut supponitur, persona obierit.

3. Porro quandoque hoc documentum haberi nequit; quo casu testium depositionibus supplendum erit. Testes vero duo saltem esse debent, iurati, fide digni, et qui de facto proprio deponant, defunctum cognoverint, ac sint inter se concordes quoad locum et causam obitus, aliasque substantiales circumstantias. Qui insuper, si defuncti propinqui sint, aut socii itineris, industriae, vel etiam militiae, eo magis plurimi faciendum erit illorum testimonium.

4. Interdum unus tantum testis examinandus reperitur; et licet ab omni iure testimonium unius ad plene probandum non admittatur, attamen ne coniux alias nuptias inire peroptans, vitam coelibem agere cogatur, etiam unius testimonium absolute non respuit Suprema Congregatio in dirimendis huiusmodi casibus, dummodo ille testis recensitis conditionibus sit praeditus, nulli exceptioni obnoxius, ac praeterea eius depositio aliis, gravibusque adminiculis fulciatur; sique alia extrinseca adminicula colligi omnino nequeant, hoc tamen certum sit, nihil in eius testimonio reperiri, quod non sit congruum, atque omnino verisimile.

5. Contingit etiam, ut Testes omnimoda fide digni testificentur se tempore non suspecto mortem coniugis ex aliorum attestatione audivisse, isti autem vel quia absentes, vel quia obierint, vel aliam ob quamcumque rationabilem causam examinari nequeunt; tunc dicta ex alieno ore quatenus omnibus aliis in casu concurrentibus circumstantiis, aut saltem urgentibus respondeant, satis esse censentur pro sequutae mortis prudenti iudicio.

6. Verum, haud semel experientia compertum habetur, quod nec unus quidem reperiatur Testis qualis supra adstruitur.

Hoc in casu probatio obitus ex coniecturis, praesumptionibus, indiciis et adiunctis quibuscumque, sedula certe et admodum cauta investigatione curanda erit; ita nimirum, ut pluribus hinc inde collectis, eorumque natura perpensa, prout scilicet urgentiora, vel leviora sunt, seu propiore, vel remotiore nexu cum veritate mortis coniunguntur, inde prudentis viri iudicium ad eamdem mortem affirmandam probabilitate maxima, seu morali certitudine promoveri possit. Quapropter quandonam in singulis casibus habeatur ex huiusmodi coniecturis simul coniunctis iusta probatio, id prudenti relinquendum est iudicis arbitrio; heic tamen non abs re erit plures indicare fontes ex quibus illae sive urgentiores, sive etiam leviores colligi, et haberi possint.

7. Itaque in primis illae praesumptiones investigandae erunt quae personam ipsius asserti defuncti respiciunt, quaeque profecto facile haberi poterunt a coniunctis, amicis, vicinis, et quoquo modo notis utriusque coniugis. In quorum examine requiratur *ex. gr.*

*An* ille, de cuius obitu est sermo, bonis moribus imbutus esset; pie, religioseque viveret; uxoremque diligeret; nullam sese occultandi causam haberet; utrum bona stabilia possideret, vel alia a suis propinquis, aut aliunde sperare posset.

*An* discesserit annuentibus uxore, et coniunctis: quae tunc eius aetas, et valetudo esset.

*An* aliquando, et quo loco scripserit, et num suam voluntatem quamprimum redeundi aperuerit; aliaque huius generis indicia colligantur.

Alia ex rerum adiunctis pro varia absentiae causa colligi indicia sic poterunt.

*Si ob militiam abierit,* a duce militum requiratur quid de eo sciat; utrum alicui pugnae interfuerit; utrum ab hostibus fuerit captus; num castra deseruerit, aut destinationes periculosas habuerit etc.

*Si negotiationis causa iter susceperit,* inquiratur, utrum tempore itineris gravia pericula fuerint ipsi superanda: num solus profectus fuerit, vel pluribus comitatus; utrum in regionem, ad quam se contulit, supervenerint seditiones, bella, fames, et pestilentiae *etc. etc.*



*Si maritimum iter fuerit aggressus,* sedula investigatio fiat a quo portu discesserit; quinam fuerint intineris socii; quo se contulerit; quod nomen navis quam conscendit; quis eiusdem navis gubernator; an naufragium fecerit; an societas quae navis cautionem forsan dedit, pretium eius solverit; aliaeque circumstantiae, si quae sint diligenter perpendantur.

8. Fama quoque aliis adiuta adminiculis argumentum de obitu constituit, hisce tamen conditionibus, nimirum; quod a duobus saltem testibus fide dignis, et iuratis comprobetur; qui deponant de rationabili causa ipsius famae; an eam acceperint a maiori, et saniori parte populi, et an ipsi de eadem fama recte sentiant; nec sit dubium illam fuisse concitatam ab illis, in quorum commodum inquiritur.

9. Tandem, si opus fuerit, praetereunda non erit investigatio per publicas ephemerides, datis Directori omnibus necessariis personae indiciis, nisi ob speciales circumstantias saniori, ac prudentiori consilio aliter censeatur.

10. Haec omnia pro opportunitate casuum Sacra haec Congregatio diligenter expendere solet; cumque de re gravissima agatur, cunctis aequa lance libratis, atque insuper auditis plurium Theologorum, et iuris prudentum suffragiis, denique suum iudicium pronunciat, an de tali obitu satis constet, et nihil obstet quominus petenti transitus ad alias nuptias concedi possit.

11. Ex his omnibus Ecclesiastici Praesides certam desumere possunt normam, quam in huiusmodi iudiciis sequantur. Quod si non obstantibus regulis hucusque notatis res adhuc incerta, et implexa illis videatur, ad Sanctam Sedem recurrere debebunt, actis omnibus cum ipso recursu transmissis, aut saltem diligenter expositis.

## Instructio ad Patriarchas Archiepiscopos Episcopos rituum orientalium in causis matrimonialibus adhibenda probata in Congregatione generali Emorum ac Rmorum PP. in rebus fidei inquisitorum generalium feria IV die 20 Iunii 1883.

Quemadmodum matrimonii foedus tamquam officium naturae proli educandae, aliisque maximi momenti bonis consequendis perpetuam et individuam vitae consuetudinem inter coniuges exigit, et eo sanctius tamquam Ecclesiae Sacramentum indissolubile sit oportet, aiente Domino: *quod Deus coniunxit, homo non separet;* ita non minus quando cum aliquo ex impedimentis, quae dirimentia nuncupantur, initum atque idcirco verum matrimonium non fuerit, a legitima Ecclesiae potestate, ad quam causae matrimoniales unice spectant, irritum ac nullum ut iudicetur seu declaretur, ipsa Sacramenti dignitas, ratio iustitiae, et animarum salus postulat.

Verum quanto studio quantaque solertia opus sit, ut in singulis casibus alicuius impedimenti dirimentis existentia solide comprobetur, experientia quotidiana testatur. Nam et nonnula impedimenta sunt ipsa per sese probatu difficillima, et saepe contingit, ut facta ex quibus probationes erui debent, ita sint implexa, iisque circumstantiis involuta, ut difficillime eadem explicari, et de iisdem iudicium proferri queat. Hinc est, quod Sancta Sedes pro ea sollicitudine, qua tanti Sacramenti dignitati, administrationi iustitiae, et animarum saluti cautum semper voluit, numquam omisit, editis opportune sive constitutionibus Apostolicis sive Instructionibus, regulas praescribere, quarum ope in casibus etiam difficilioribus veritas tuto detegi et iudicium recte ferri posset.

Experientia tamen compertum est, Patriarchas, Archiepiscopos, et Episcopos diversorum rituum orientalium ob speciales conditiones, in quibus eorum dioeceses versantur, non semper posse iisdem Apostolicis constitutionibus atque Instructionibus quoad omnia sese conformare, nec proinde semper consequi plenam illam processuum et iudiciorum legalitatem, quae tantopere desideranda esset in huiusmodi causis definiendis.

Quare ut, quantum fieri potest, ss. canonum praescriptiones in re tanti momenti religiose serventur et simul consulatur specialibus conditionibus, in quibus versantur tribunalia ecclesiastica penes orientales, Summus Pontifex specialem Instructionem pro praedictis tribunalibus iussit exarari, quae ab iis omnibus, ad quos spectat, accuratae executioni mandetur.

---



## Pars I. — Titulus primus.

### *De accusatione matrimonii.*

1. Ut in tribunali ecclesiastico causa aliqua matrimonialis tractanda suscipiatur, necesse est ut contra matrimonium regularis et iuridica accusatio praecesserit; quae nunquam erit admittenda, nisi proficiscatur a persona vel personis, quae communi iure habiles ad accusandum habeantur. Etenim in quibusdam impedimentis ipsi coniuges tantum uti accusatores admittuntur, in aliis qui sunt iisdem sanguine propinqui, vel etiam quilibet de populo; ac tandem ex officio etiam inquisitio fieri potest, et quandoque debet, quando praesertim contra alicuius matrimonii validitatem simplex denuntiatio facta fuerit, aut fama fundamentum veritatis praeseferens de alicuius impedimenti existentia divulgata sit.

2. Ista accusatio coram legitimo Ordinario ecclesiastico fieri debet, et quidem in scripto: si oretenus facta fuerit, iudicialis reddenda erit iuxta regulas communi iure traditas, scilicet efficiendo ut accusator eam repetat coram tribunali, et a cancellario in actis redigatur.

3. In ea, praeter accuratam facti expositionem, enarranda erunt omnia adiuncta necessaria, et omnia indicia concurrentia; indicandi et nominandi testes de re instructi, ut hoc modo fundamenta accusationis cognoscantur, et via tribunali sternatur veritati detegendae.

## Titulus secundus.

### *De tribunali constituendo.*

4. Accusatione sic recepta, munus moderatoris actorum Episcopus vel ipse sibi assumet, vel suum Vicarium generalem, aut alium probum et expertum virum e clero ad illud delegabit. Similiter alium virum designabit, qui cancellarii officio fungens quidquid ad causam pertinet, in acta referat, ac nominatim interrogationes examinandis faciendas, eorumque responsiones scripto consignet.

5. Praeterea ipse Ordinarius omnino tenetur deputare alium virum ecclesiasticum, quatenus haberi possit, iuris scientia et vitae probitate praeditum, qui matrimonii defensor existat.

Eum vero suspendere vel removere, si iusta causa adfuerit, et alium substituere iis qualitatibus ornatum Ordinario semper fas erit.

6. Praedictae deputationes et delegationes in scriptis ab Ordinario fiant, et earum authentica documenta vel saltem mentio in actis prostent.

7. Moderatoris actorum erit tribunal convocare, partes et testes citare, ut in iudicium compareant; terminos dilationis concedere, quoties rationabiliter ab iis qui ius habent, petantur; edere decreta et ordinationes pro regulari et recta actorum compilatione. Quae omnia scripto erunt exaranda, et in actis ipsis recensenda.

8. Defensor matrimonii antequam munus sibi commissum suscipiat, coram actorum moderatore iuramentum praestabit tactis Sanctis Evangeliis de munere suo diligenter et incorrupte adimplendo, spondens se omnia voce et scripto deducturum, quae ad validitatem matrimonii sustinendam conferre iudicaverit. Hic matrimonii defensor a moderatore actorum citandus erit ad quaelibet acta, ne vitio nullitatis concidant: eidem semper et quandocumque acta processus, etsi nondum publicati, erunt communicanda, semper et quandocumque eius scripta recipienda, atque novi termini, eo flagitante, prorogandi, ut ea scripta perficiat atque exhibeat.

9. Quod si ob peculiares circumstantias matrimonii defensor singulis actis interesse nequiverit, absoluto proccessu eadem ipsi tradantur, ut eas exarare queat animadversiones, quas tuendae matrimonii validitati necessarias iudicaverit; si alia acta suggesserit, haec conficienda omnino erunt; si ex iam confectis deprehenderit alias adesse personas testimonio ferendo idoneas et opportunas nondum examinatas, has examini subiiciendas proponet.

## Titulus tertius.

*De methodo sequenda in actis conficiendis.*

10. Constituto tribunali, haec actorum conficiendorum ratio tenenda erit. Ab omnibus et singulis testimonium dicturis moderator actorum ante omnia iuramentum exiget de veritate



dicenda, et si ita res postulet, etiam de secreto servando, praemissa congrua monitione de iuramenti sanctitate, praesertim si examinandi rudes sint et ignari. Iuramentum praestandum erit tactis Sanctis Evangeliis, et in singulis examinibus eodem modo repetendum.

11. Qui examini subiiciendi sunt, seorsum semper audiantur. Porro cancellarius adnotabit diem, mensem, et annum cuiuslibet examinis, nec non singulorum nomen, cognomen, aetatem, conditionem, statum, et patriam, et etiam quod iuramentum revera praestiterint.

12. Post quodlibet examen, etiamsi eadem persona pluries illi subiicienda sit, cancellarius clara et intelligibili voce coram eadem legat interrogationes et responsiones, facta eidem facultate variandi, aut declarandi quidquid ei visum fuerit: deinde ipse examinatus subscribat, et si fuerit illiteratus, faciet hoc signum Cru ✝ cis; ac denique moderator actorum et defensor validitatis matrimonii apponent suam subscriptionem, et cancellarius de actu rogabit.

13. Si aliquando contingat examinandos apud exteras et forsan longinquas regiones versari, nec tribunali se sistere posse, a moderatore actorum accurata factorum et circumstantiarum, quorum cognitio et confirmatio requiritur, expositio erit facienda, quae concinnatis opportunis interrogationibus de sententia quoque defensoris matrimonii, et indicatis examinandorum nominibus, ad Ordinarium loci, in quo commorantur, mittatur, ut ille sive per se, sive per suum vicarium generalem, sive per alium virum probum et expertum, e clero eligendum, eos examini subiiciat iuxta datas interrogationes, requisito prius iuramento de veritate dicenda, et caeteris servatis, quae supra praescripta sunt.

Si vero contigerit aliquem examini subiiciendum e vita migrasse, mortis documentum inter acta recenseatur.

14. Quoad singulos in iudicium vocatos vel vocandos actorum moderator inquirere debebit probitatem et credibilitatem, et ad hoc curabit, ut ab eorum parochis sin minus a personis fide dignis litterae testimoniales exibeantur, que etiam in actis erunt referendae.

15. Inter examinandos primo loco venit ille, qui accusationem contra matrimonium movit. Ab isto exquirendum erit, ut clare distincteque exponat accusationis titulum; facta omnia fideliter et religiose enarret, eorumque probationes afferat; circumstantias omnes et indicia exponat, quae vel ex propria scientia cognoverit, vel ex aliorum relatione didicerit; et denique nominet testes, quos de re instructos sciverit, vel saltem reputaverit.

16. Secundo loco veniunt coniuges ipsi, qui semper, et seorsum audiri debent, ut unusquisque sua iura tueri, et rationes, deductiones, ac facta allata aut reiicere, aut explicare queat. Quaelibet pars examini subiecta poterit vel illico post examen, vel etiam deinceps, antequam processus claudatur, proponere, si velit, articulos, super quibus alter coniux sit examinandus; et quatenus etiam ab hoc articuli proponantur, erit iterum citandus coniux, qui primus fuerat examinatus, ut super articulis ab altero propositis audiatur. Iuxta casuum diversitatem a coniugibus inquirendum erit, ut si qua documenta habeant ad suum matrimonium, vel ad coniugalem vitae consuetudinem spectantia, ea exhibeant, in acta recensenda. Quae documenta cuiuscumque generis sint, et a quocumque exhibeantur, semper erunt recipienda; et cancellarius adnotare debebit diem, mensem, annum, nec non nomen illius a quo exhibita fuerunt.

17. Si ambo coniuges concordes in depositionibus fuerint, moderator actorum et defensor matrimonii sedulo inspiciant, utrum inter eosdem collusio intercesserit. Hoc in casu singula argumenta contra eorum depositiones ex processu resultantia distincte iisdem obiiciantur, ut fraude, si qua fuerit, detecta, veritas, quoad fieri possit, dilucide appareat.

18. Post coniuges citandi erunt testes inducti, servata eorum examinandorum ratione superius descripta, et exquisitis ab iisdem iis notitiis, de quibus instructi existimantur. Interrogationes singulis faciendae, prout accusationis titulus, aut allata factorum et circumstantiarum congeries, vel ipsa testium indoles atque capacitas requirere videatur, sagacitati atque prudentiae moderatoris actorum et defensoris vinculi relinquuntur, qui illas concinnare, augere aut imminuere poterunt, dummodo tamen semper ea omnia inquirantur, quae ad rectum proferendum iudicium aut necessaria aut opportuna censeantur.



19. Quae in actis continentur, nemini ne ipsis quidem coniugibus eorumque defensoribus erunt communicanda ante processus publicationem, uno excepto matrimonii defensore, cui liberum erit semper et quandocumque acta inspicere et examinare.

20. Quatenus vero actorum moderatori aut defensori matrimonii nulla alia probatio requirenda videatur, finis imponatur probationum collectioni, et processus publicetur, edito hac super re decreto, ab ipso moderatore, a defensore matrimonii, et a cancellario subscribendo.

21. Publicato processu, locus fiet defensionibus, quas partes ad sua iura tuenda voluerint allegare, facta iisdem facultate adhibendi eos defensores, quos maluerint, imo praemonendae erunt de hoc iure, ut lata sententia, iniustae contra eam incusationi aut reclamationi aditus praecludatur. Allegationes autem si ab iisdem oblatae fuerint, communicandae erunt defensori vinculi matrimonialis, ut eas expendere, et quatenus matrimonii validitatem impugnent, refutare valeat.

## Titulus quartus.

### *De sententiae prolatione et publicatione.*

22. Omnibus ut supra peractis ad sententiam pronunciandam veniendum erit. Quod ut ab Ordinario seu eius delegato rite fiat, in primis a defensore matrimonii exquiri debet declaratio, sibi nihil amplius deducendum aut inquirendum superesse; deinde integra causa duobus aut tribus viris peritis, si haberi possint, examinanda subiiciatur, et nonnisi audito eorum voto sententia proferatur.

Haec in scriptis erit exaranda, in eaque rationum momenta, quibus innititur, ex processu deprompta exponantur, succincte quidem, sed ita tamen, ne quidpiam essentiale omittatur. Sententia subscriptione iudicis et secretarii, nec non sigillo curiae episcopalis munita partibus erit notificanda per curiae apparitorem, relicto iisdem illius exemplari, de quo in scripto fides erit facienda.

23. Iudex si pro validitate matrimonii sententiam dixerit, et nemo ex coniugibus contra eam appellaverit, neque defensor matrimonii appellabit, et causa finita censeatur. E contra si

matrimonium nullum fuisse decreverit, quamvis coniuges iudicio Praelati acquieverint, defensor matrimonii appellationem facere debebit, et novam sententiam ab alio tribunali postulare; quam appellationem primus iudex impedire nulla unquam ratione poterit. Interim nullatenus permittetur partibus novas nuptias inire.

Quamvis appellationi interponendae nulli fatales dies vinculi defensoris statuti sint, curandum tamen, ut quantocius id fiat. Quod si defensor ipse hoc munus neglexerit, compelli ad id poterit vel a suo Episcopo, vel etiam ab illo, apud quem de iure apelatio esset facienda.

24. Inspecta speciali conditione dioecesum orientalium, ordo appellationis erit, prout sequitur. Si prima sententia a curia episcopali lata fuerit, appelatio fiet ad curiam patriarchalem; si vero a curia patriarchali ea prodierit, appellabitur ad S. Sedem. Item ad eandem S. Sedem appellatio erit semper facienda, quoties primae duae sententiae inter se conformes non fuerint, nisi partibus placuerit causam ad ipsam S. Sedem ab initio et immediate deferre.

## Titulus quintus.

### *De secunda instantia.*

25. Facta appellatione, Episcopus seu ordinarius, qui primam sententiam protulit, eam remittere debebit una cum integro processu, caeterisque omnibus ad causam iterum iudicandam pertinentibus ad tribunal, ad quod appellatum est.

26. Hoc autem omnia a primo tribunali peracta diligenter examinabit, atque ea omnia peraget, quae necessaria videbuntur, ut defectus suppleantur, dubia elucidentur, et errores corrigantur. Hunc in finem, praesente semper vinculi defensore in curia constituto vel specialiter delegato, coniuges examinabit, investigationes instituet circa documenta priori tribunali exhibita, testes, a quibus novas informationes hauriri possint, iterum audiet. Imo poterit etiam praescribere, ut novus processus ex integro conficiatur.

Verum quatenus validae desint rationes novum processum exigendi, consultius erit, praesertim si personarum et locorum circumstantiae id suaserint, ut processu iam expleto utatur,



indictis tamen ulterioribus investigationibus, quas necessarias iudicaverit.

Quod si novum processum faciendum esse censuerit, methodus supra descripta servanda erit. Si vero aliqua tantum nova acta adiungenda, vel novi aliquid investigandum censuerit, semper tamen defensor matrimonii adesse debebit, vel saltem nova haec eidem communicanda erunt, ut pro munere suo ea expendere, et quatenus opus esse duxerit, proprias animadversiones illis opponere valeat.

27. Expleto examine primi processus, et imposito fine novis investigationibus, iudex appellationis debebit exquirere a defensore matrimonii, utrum aliquid adhuc habeat deducendum aut inquirendum; et quatenus se nil amplius habere dixerit, auditis prius modo, quo supra declaratum est, aliquibus viris in scientia iuris peritis, sententiam pronunciabit, omnia servando, quae pro tribunali primae instantiae praescripta fuerunt.

28. Quando utraque sententia conformis pro validitate coniugii pronunciata sit, sciat tamen pars impugnans matrimonium sibi adhuc omnino patere appellationem ad Apostolicam Sedem. Si porro in secunda aeque ac in prima sententia nullum ac irritum matrimonium iudicatum fuerit, et ab ea pars vel defensor pro sua conscientia non crediderit appellandum, in potestate et arbitrio coniugum sit novas nuptias contrahere, dummodo alicui eorum ob aliquod impedimentum vel legitimam causam id vetitum non sit. Potestas tamen post alteram sententiam conformem, ut supra, coniugibus facta intelligatur, salvo semper et firmo remanente iure seu privilegio causarum matrimonialium, quae ob cuiuscumque temporis lapsum nunquam transeunt in rem iudicatam; sed si nova res, quae non deducta vel ignorata fuerit, detegatur, resumi possunt et rursus in iudicialem contraversiam revocari. Quodsi a secunda sententia super nullitate vel altera pars appellaverit, vel defensor matrimonii ei salva conscientia acquiescendum non putet, quia sibi vel manifeste iniusta vel aliunde invalida videatur, re tota ad S. Sedem delata, interim firma remaneat utrique coniugi prohibitio ad alias transeundi nuptias.

## Pars altera — Titulus sextus.

*De regulis servandis in tractandis causis matrimonialibus in specie.*

Praeter hactenus recensitas regulas in omnibus causis matrimonialibus generatim servandas, ut iuridica illis stet validitas; quaedam etiam speciales prae oculis habendae sunt iuxta peculiarem impedimentorum naturam et indolem, quae iudicio occasionem praebuerunt. Quare de his singulis, saltem quae frequentius occurrere solent, aliqua speciatim animadvertenda sunt.

### ARTICULUS PRIMUS.

*De impedimentis cognationis carnalis, vel spiritualis, et affinitatis.*

29. Si matrimonium impugnetur ob assertum impedimentum cognationis carnalis aut spiritualis, vel affinitatis, facile erit eiusdem existentiam detegere ope authenticorum documentorum. Etenim cognatio carnalis, et etiam affinitas, quae ex praecedenti matrimonio processerit, dignoscuntur ex arbore genealogica utriusque familiae, conficienda ex regestis matrimoniorum, et ex libris etiam baptizatorum, in quibus notata esse debent nomina non modo coniugum, et eorum, qui baptizati sunt, sed horum etiam parentum. Similiter ex libris baptizatorum, et confirmatorum aperte eruitur cognatio spiritualis, quia in illis una cum eorum qui baptizati, vel confirmati fuerunt, nomina quoque recensita esse debent sive patrinorum sive matrinarum. Talia documenta in forma authentica ex dictis libris erunt haurienda opera parochorum vel curiae, una cum testimonio de eorum identitate cum respectivis particulis in libris extantibus; imo si a parocho testimonium datum fuerit, opus erit, ut eiusdem parochi obsignatio a curia episcopali authentica declaretur.

30. Quod si aliquod oriatur dubium circa documenta praedicta vel circa eorum veritatem, in iudicium vocandi erunt, et iuridice examinandi consanguinei, affines, propinqui, quibus origo eorum de quibus agitur, nota sit, aut nota esse possit, ut ex horum depositionibus gradus consanguinitatis vel affinitatis clarius valeat determinari. Non levi fundamento huic rei esse



potest etiam publica fama, de qua ratio erit habenda; eius tamen sedulo consideranda erit origo et rationes, quibus innititur. Caeterum iudex semper prae oculis habeat, his quaestionibus dirimendis praecipuum fundamentum praebere documenta authentica, et nunquam licere contra eadem iudicare, nisi ex certis et evidentibus argumentis constiterit, ipsa vitiosa aut falsa esse. Ac proinde locorum Ordinarii sedulo curabunt, ut libri baptizatorum, confirmatorum, et matrimonio copulatorum, nec non defunctorum a parochis diligentissime exarentur, et accurate custodiantur.

### ARTICULUS SECUNDUS.

*De impedimento publicae honestatis.*

31. Quoties aliquod matrimonium impugnatur ob impedimentum, quod publicae honestatis nominatur, in primis accurate statuendum erit, utrum illud originem duxerit ex matrimonio simpliciter rato, an ex sponsalibus.

In priori casu ad impedimentum adstruendum proferantur documenta matrimonii praecedentis celebrationem comprobantia, quae documenta facile suppeditabunt vel libri matrimoniorum a parocho servandi, si matrimonium coram Ecclesia fuerit celebratum; vel regesta existentia penes ministros haereticos sive schismaticos, si apud eos matrimonium contractum affirmetur. Quamvis documenta vel a sola civili potestate, vel ab haereticis aut schismaticis manantia, vis habere possint aliquando ad factum de matrimonio celebrato extraiudicialiter confirmandum, tamen iudex catholicus, qui de existentia vel de non existentia impedimenti sententiam laturus erit, curabit ut in iudicium compareant partes, testes qui matrimonii celebrationi interfuerunt, propinqui eorum, qui contraxerunt, nec non omnes, quos sciverit de re instructos, ut omnia possint cognosci, quae ad factum rite iudicandum conducere poterunt.

32. Quod si praedictum impedimentum ortum asseratur ex sponsalibus cum persona alteri parti consanguinea in gradu impedimentum constituente contractis, ad iudicium proferendum duo erunt inquirenda, videlicet utrum revera asserta sponsalia locum habuerint; et utrum valida in sensu canonico haberi pos-

sint. Primum deducendum erit ex partium confessione, dummodo hae exceptiones minime patiantur, ex documentis si habeantur, ex testium fidem merentium depositionibus, nec non ex indiciis quae iudex peritus et expertus deducere poterit ex circumstantiis, quae facta exposita aut praecesserunt aut subsecutae sunt. Ad secundum probandum, utrum videlicet asserta sponsalia valida fuerint sensu canonico, plura erunt sedulo perpendenda. Ante omnia iudex prae oculis habeat, quod ex usu et consuetudine fere in singulis locis speciales aliquae formae pro solemni sponsalium celebratione inductae reperiuntur, quae communiter et regulariter ab omnibus servari solent. Itaque inquirendum erit, utrum istae formae fuerint, nec ne, servatae; si primum, praesumptio pro sponsalium valore aderit, contra quam nunquam erit iudicandum, nisi ex certis et evidentibus argumentis sponsalia nulliter contracta fuisse constiterit; si secundum, inquirendum erit, qua de causa consuetae formae fuerint omissae, et utrum pro personarum, locorum, et consuetudinum circumstantiis sponsalia nihilominus valide fuerint contracta, eo quod utrinque voluntas sese obligandi vere intercesserit, atque ita ut ex iure impedimentum constituant. In hunc finem praeter alia quaerendum est quibus verbis, vel factis sibi futurum matrimonium promiserint; utrum promisio ab utraque parte processerit; et si ab una tantum, utrum alia eam acceptaverit sive verbis, sive factis, sive signis aequivalentibus, utrum post datam promisionem praetensi sponsi reputaverint sese matrimonio contrahendo obligatos, an liberos. Erit quoque inquirendum de sponsorum conditione, utrum scilicet ea talis sit, ut praesumi non possit veram in ipsis voluntatem sese mutuo obligandi adfuisse.

33. Quatenus casus exigat, inquirendum etiam erit, qua aetate praetensi sponsi sibi invicem matrimonium promiserint. Etenim sponsalia ab infantibus, vel a maiori cum infante contracta, ipso iure nulla sunt, et impedimentum publicae honestatis gignere non valent. Quare in hoc casu inquirendum erit de aetate ligitima eorum, a quibus sponsalia fuerunt contracta, quod facile fiet petitis documentis ex libris baptizatorum atque ex testimonio parentum, sive aliorum, qui personas, de quibus



agitur, cognoscunt. Si constiterit, in aetate adhuc infantili sponsalia inita fuisse, investigandum erit, utrum post septennium fuerit renovata, aut saltem ratificata.

34. Si vero, ut aliquando contingit, sponsalia fuerint a parentibus contracta, iudex agnoscere curabit, cuiusnam aetatis fuerint ipsi filii, quando eorum parentes eadem inierunt; quia si in aetate adhuc infantili fuissent, certum est contractum irritum fuisse; si vero vel impuberes vel puberes, contractus tunc solummodo validus esset, si filii expresse vel saltem tacite consenserint, aut postea sponsalia eorum nomine a parentibus inita ratificarint. Igitur inquirendum erit de modo, quo sponsalia fuerint contracta; de agendi ratione filiorum sive cum ea celebrarentur, sive cum cognoverunt, quid pro ipsis parentes egerint, utrum nempe aliquo modo factum admiserint, vel contra ipsum protestati fuerint, vel saltem ostenderit sese aegre ferre pactum praedictum. Ad hunc finem examinandi erunt, qui contractui adfuerunt, vel qui et contractum et sponsorum voluntatem perspectam habere potuerunt; ipsa quoque sponsorum agendi ratio tam inter se, quam erga parentes exploranda erit; utrum tamquam sponsos sese habuerint, utrum de futuro matrimonio colloquuti, et quo amore sese mutuo prosequuti fuerint. Si constiterit, ambos aut alterum saltem matrimonio obstitisse et constanter parentum voluntati restitisse, contra sponsalium existentiam iudicium poterit proferri. Si contra constiterit, vel parentibus non restitisse, vel media opportuna, in propria potestate posita, non adhibuisse ut matrimonium impedirent, et ut parentes a proposito removerent, ordinarie pro sponsalium et impedimenti existentia iudicandum erit. Dicitur *ordinarie*, quia si pars, quae sponsalia impugnat, affirmaverit sibi defuisse libertatem parentibus contradicendi, eosdemque a proposito retrahendi, ratio istius assertae coactionis erit habenda.

## ARTICULUS TERTIUS.

### *De impedimento vis et metus.*

35. Circa impedimentum, quod vis et metus dicitur, ante omnia advertendum occurrit, neminem a iure admitti ad matrimonium ex hoc capite impugnandum, nisi qui violentiam et

coactionem passus dicitur, reiici vero eum, qui per longum tempus in matrimonio vixerit, dummodo eidem libertas et opportunitas reclamandi non defuerit; ita ut si liber iam a metu sua sponte in coniugali domo perstiterit matrimonialia officia non detrectaverit, audiri amplius non debeat. Etenim qui liber a coactione metuve, facultate et opportunitate reclamandi non utitur, censetur consentire, et ratificare quod antea invitus atque adverso animo fecerat. Unde in primis erit inquirendum, utrum accusatio tempore, uti dicitur, utili facta sit; et si hoc iam fluxerit, quaerendum erit, quanam de causa hoc acciderit, ut iudicari possit, utrum accusatio admittenda an reiicienda sit. Secundo prae oculis habendum erit, solummodo metum gravem, qui nempe in virum constantem cadat, matrimonium dirimere, et consequenter ad hunc metum exquirendum omnes sive moderatoris actorum sive defensoris matrimonii investigationes esse dirigendas. Porro gravitas timoris oritur ex natura minarum, ex qualitate tum eorum a quibus illae proficiscuntur, tum eorum qui eas passi dicuntur. Ista tria itaque erunt praesertim investiganda.

36. Circa primum sedulo inquirendum, utrum qui de adhibita coactione accusantur, ita consueverint agere cum persona, quae coacta dicitur, ut gravem atque molestam eidem redderent domesticam et familiarem cohabitationem; quaenam fuerint in specie molestiae eidem illatae; utrum verba gravi indignatione plena adhibita, intentata haereditatis privatio, eiectio e paterna domo, an addita etiam verbera.

Circa secundum considerandum est, utrum qui de illata vi metuve accusantur, patria potestate et auctoritate pollerent, an qui vim metumve passi sunt, nullatenus iisdem subiecti fuerint; quae ratio vis inferendae, magna ne ex matrimonio propriae domui utilitas aut decus obventurum? quae indoles vim inferentium, quae conditio, qui mores; qua ratione familiam regere consueverint; utrum ad iracundiam et violentiam ita essent proclives, ut facile, quod minabantur, perficerent, et animo ita essent duro atque obstinato, ut a nemine sibi contradici aut consiliis suis impedimenta obiici paterentur.

Quoad tertium ratio habenda erit primum sexus personae, quae violentiam passa dicitur; facilius enim animus puellae



commovetur, quam viri; deinde aetatis, educationis, indolis, utrum nempe mitis ac timida fuerit, an fortis et constans; qua ratione in familia vivere consueverit, utrum sub custodia et vigilantia parentum, ita ut ab eorum imperio semper et in omnibus penderet, an aliqua libertate frueretur, ut et propria sensa exponere, et iuxta propriam voluntatem operari potuerit; an parentes ita eam segregarint, ut omnis consilii expetendi facultas eidem adempta fuerit, nec cuiquam eiusdem alloquendae copiam tribuerint, nisi quos de matrimonio ineundo consilia praebere posse iudicaverint.

37. Praeter ista inquirendum erit, utrum qui de illata vi conqueritur, aliquando relationem habuerit cum eo, cum quo postea contraxit; et utrum aliquando propositum habuerit cum eodem contrahendi. In casu affirmativo inquirendum, quas ob causas voluntatis mutatio contigerit; a quo tempore consilium fuerit mutatum, utrum nempe antequam parentes propriam voluntatem ostenderent, an postea; et utrum ex praecedenti relatione aliqua exorta sit suspicio contra decorem vel ipsius personae vel familiae, a qua parentes moveri potuerint ad matrimonium exigendum, tamquam remedium bonae famae recuperandae. Etiam investigandum, quid haec persona fecerit, ut a coactione parentum sese liberaret: utrum preces adhibuerit; utrum usa fuerit opera aliorum ad parentes a proposito dimovendos; utrum et quomodo propriam aversionem et contrarietatem in illud matrimonium significaverit; utrum et quomodo altera pars operam dederit, ut matrimonium revera concluderetur. Considerandum erit, utrum quando contractus matrimonialis erat signandus, libenter et sine ulla protestatione id praestiterit; utrum aliqua fraus adhibita ad talem obsignationem obtinendam; quomodo sese gesserit, sive quando necessaria pro matrimonio parabantur, sive quando ad consensum promendum adducta fuit, sive quando post datum consensum festum nuptiale celebrabatur; utrum nempe his omnibus hilaris, prompte, et laeta adstiterit, an secus. Consideranda quoque eius agendi ratio erga alteram partem, et erga eiusdem familiam; utrum nempe benevola et affectuosa; utrum libenter, et sine oppositione ad officia matrimonialia sese exhibuerit, an eisdem obstiterit, ea

praesertim de causa quia matrimonium nullum putaverit, atque ut melius tueri posset propriam libertatem. Ad hoc postremum factum probandum, considerari debet, utrum hac de causa inter coniuges ipsos ortae sint lites et contentiones, utrum hoc factum manifestaverint, et quibus; a quo tempore post matrimonium istae querimoniae inceperint, et ex qua causa vel ratione; utrum ad tales lites et dissensiones tollendas adhibita fuerint consilia, hortationes, et in casu affirmativo a quibus et quo exitu.

38. Ad praedicta cognoscenda in iudicium vocandi erunt ambo coniuges, eorumque parentes, illi praesertim, qui de coactione adhibita accusantur, et opportune interrogandi de facto ipso, de modo, de animo, et de fine ob quem ad vim adhibendam ducti fuerunt. Item vocandi propinqui et familiares violentiam accusantis, et interrogandi de omnibus, quae vel ad parentes, vel ad filios referuntur; utrum quidquam eorum, quae in actis habentur, viderint aut audiverint, quidve norint accidisse ad rem pertinens, sive antequam matrimonium celebraretur, sive tempore cohabitationis, sive post coniugum separationem, si haec locum habuerit. In hisce examinandis iudex diligenter invigilet, utrum aliqua collusionis suspicandae causa subsit, et curet, ut quoad singulas personas parochorum testimonium obtineat de ipsarum probitate atque credibilitate. Post istos vocandi parochus vel alius sacerdos, qui matrimonio adstitit; illi, qui eiusdem celebrationi et festo nuptiali interfuerunt, ut referant praesertim de modo, quo persona contra matrimonium reclamans in illis circumstantiis se gesserit; aliae personae inductae, illae speciatim quae adhibitae fuerunt, vel ut consiliis et hortationibus reclamantem ad matrimonium inducerent, vel ut excitarent ad officia matrimonialia praestanda, ab iisque quaerendum, quid egerint, quibus argumentis usae, quidve consecutae fuerint.

39. Caeterum in hac re iudex sciat, matrimonium esse per se factum quoddam solemne et publicum, quod semper validum censeri debet, nisi evidentes rationes eiusdem nullitatem demonstraverint. Ideo curandum quidem omni studio atque diligentia, ut rationes istae colligantur, sed iudicium



contra matrimonium nunquam erit pronunciandum, nisi earum complexio omne prudens dubium de existentia impedimenti excludat.

### ARTICULUS QUARTUS.

*De impedimento ligaminis.*

40. Vinculum praecedentis matrimonii, quod ad posterius connubium impugnandum adducitur, repetendum asseritur vel ex matrimonio, catholico modo, a catholicis celebrato; vel ex conubio ab haereticis aut schismaticis iuxta diversarum sectarum instituta contracto, et postea per sententiam talium tribunalium dissoluto; vel ex contractu inter infideles, qui postea rescissus, aut nullus fuerit declaratus. Diversorum istorum casuum possibilitas, aut etiam frequentia manifesta est, cum in regionibus orientalibus catholici commixti vivere cogantur cum haereticis, schismaticis, et infidelibus. Quaedam pro singulis casibus adnotanda sunt, quia diversis legibus reguntur.

41. Ad primum casum quod attinet, doctrina catholica est matrimonium baptizatorum rite celebratum et consummatum aliter solvi non posse, nisi per mortem unius coniugis; et ideo locum non esse eiusdem dissolutioni declarandae in iudicio, nisi de morte alterutrius coniugis constiterit. Ut autem de hac constare dicatur, non sufficit rumor aut fama quaecumque, neque solae praesumptiones, sed requiritur certus de ea nuntius aut saltem concursus talium rationum, quae certo nuntio aequipollentes omne de illa dubium excludant. Ideo hoc in casu iudex ante omnia exigere debebit, ut prioris matrimonii documentum authenticum proferatur, atque, si opus fuerit, alias probationes colliget, quae praedicti prioris matrimonii existentiam demonstrent; similiter exquiret documenta vel probationes de secundo matrimonio contracto; quae omnia documenta facile haberi poterunt ex libris matrimoniorum in parochiis asservatis. Post haec exigenda erunt a competentibus parochis authentica documenta de praetensa morte alterius coniugis, et in defectu poterunt eadem requiri ab auctoritate civili, si suos libros habuerit, in quibus adnotentur. Quae comparari debebunt cum documento secundum matrimonium comprobante, ut cognoscatur, utrum

secundum hoc matrimonium contractum fuerit ante, vel post prioris coniugis mortem; atque ita iudicetur, utrum secundum matrimonium validum, an nullum fuerit.

42. Quando ad mortem prioris coniugis probandam praesto non sunt, neque esse possunt haec authentica documenta, aliis argumentis et aliis probationibus opus est, quae a iudice sedulo erunt colligendae. In primis argumentum desumi potest ex depositione testium fidem merentium, si ipsi de visu mortem illius, de quo agitur, revera accidisse affirmaverint; aut idem asseruerint ex auditu, dummodo non ex vaga aliqua relatione, sed a personis minime suspectis proprias informationes se hausisse testentur. Isti testes erunt interrogandi, utrum bene cognoverint, quem mortuum asserunt; quo tempore, quo loco mors acciderit; qua de causa; ubi cadaver sepultum; utrum adsint, et ubi commorentur alii, qui de hoc facto instructi sint aut esse possint. Ab illis vero, qui ex aliorum relatione deponunt, erit quoque inquirendum, a quibus tales hauserint notitias; a quo tempore fama de morte vulgari coeperit; et quid ipsi sentiant de probitate et credibilitate eorum, qui primitus de re ista sunt loquuti; utrum isti peculiarem aliquam rationem habuerint aut habere potuerint, ut talem notitiam evulgarent. His cognitis in iudicium vocandi erunt testes inducti, et eodem modo examini subiiciendi, ut tandem aliquando vel ad testes de visu, vel ad certa documenta obtinenda perveniatur. Animadvertat iudex, ne admittat eos, qui sponte ad examen accesserint, quia mendaces praesumuntur; et si requisiti fuerint, quaerat ab eis, a quibusnam, ubi, quando, quomodo, coram quibus, et quoties fuerint requisiti; utrum pro hoc testimonio ferendo fuerit ipsis aliquid datum, promissum, remissum, vel oblatum a personis interesse habentibus, vel ab aliis eorum nomine. Similiter advertat, non esse admittendos testes, qui personas, de quibus agitur, plene non cognoscant; et consequenter extraneos non esse testes idoneos, nisi a longo tempore in loco fuerint, aut ex peculiaribus circumstantiis appareat eos cognitionem habere potuisse de iis, quae enarrant. Quod si testes sive de visu, sive de auditu haberi non poterunt, considerandae erunt circumstantiae omnes in facto concurrentes, et diligenter ponderandae,



ut videatur, utrum ex illarum complexu exurgere possit moralis illa certitudo, quae necessaria est ut iudicium proferatur. Porro circumstantiae istae praecipuae sunt: aetas personae, quae mortua dicitur, utrum senior, an iunior fuerit; tempus eiusdem discessus a patria et familia, utrum longius an brevius; locus, vel loca, ad quae se contulerit, utrum valitudini corporali noxia, an et quibus vicissitudinibus subiecta fuerint, ex. gr. num ibidem bella, vel pestilentiae saevierint; eiusdem personae physica constitutio, utrum sana et robusta, an debilis et infirma. Erit similiter perpendenda causa, quare e propria discesserit domo, utrum nempe a negotium vel ad artem aliquam exercendam, an potius ut coniuge derelinqueret. Hae cognosci vel deduci poterunt ex benevolis, aut contrariis relationibus, quas vel coniuges habuerunt inter se, durante eorum contubernio, vel ille, qui discessit, continuavit cum altero coniuge sive per litteras sive per nuncios; si enim constiterit, ad tempus talem epistolarum sive relationum consuetudinem adfuisse, et postea cessasse, quin cessationis causa aut ratio appareat, gravis de morte obita praesumptio habebitur; si e contra constiterit eum, qui discessit, nunquam epistolarum commercium habuisse cum sua familia, aut cum propinquis et amicis, indicium mere negativum nullam probationem facere poterit. Ponderandum quoque erit genus vitae, quod discedens in aliena regione amplexus fuerit; si vitam et artem militarem exercendam elegerit, vel arti nauticae aut servitio alicuius navis sese addixerit, et cognoscatur, in quo exercitu militaverit, aut in qua navi servierit, inquisitiones erunt faciendae penes duces exercitus illius, et penes gubernatores vel officiales navis. Si cognita fuerint loca, in quibus commoratus est, in singulis locis, et praesertim in illo, in quo commorabatur, quando eius indicia perdita fuerunt, investigationes erunt faciendae. Ad has tribunal adhibebit idoneas personas, si praesto sint, vel etiam civiles auctoritates, ab iisdem postulando, ut, quibus pollent modis, de illo opportunas investigationes faciant, atque etiam in subsidium vocentur publica diaria cum indicatione nominis, cognominis, patriae, professionis et conditionis illius, de quo quaeritur. Item si fieri possit, tribunal curabit, ut in locis, in quibus idem commoratus fuerit,

publica edicta affigantur, et singuli excitentur, ut notitias, si quas habent, velint suppeditare. Si omnibus istis adiumentis adhibitis nihil omnino poterit reperiri, et si omnes circumstantiae ad mortem prioris coniugis ante secundas nuptias, de quarum valore agitur, adstruendam conspiraverint, iudex sententiam proferre contra secundum matrimonium non poterit; non enim constaret de eius nullitate. Quod si de matrimonio contrahendo agatur, hoc permitti nunquam poterit, donec de morte prioris coniugis certo constiterit.

43. At si non ex isto capite, sed potius quia primum matrimonium in haeresi aut schismate contractum, rescissum fuerit ob aliam causam, specialia quaedam erunt observanda. Et primo advertendum est, Evangelicam et Apostolicam doctrinam esse, matrimonium valide celebratum solvi non posse propter adulterium, vel propter molestam cohabitationem, aut longam et affectatam coniugis unius absentiam, aut propter aliud quodcumque motivum ab haereticis vel schismaticis confictum. Quare si constiterit, a tribunalibus haereticorum aut schismaticorum ob aliquam ex istis rationibus praecedens matrimonium dissolutum fuisse, causa in favorem secundi matrimonii a tribunali catholico ne admittenda quidem seu introducenda erit. Si vero eiusdem dissolutio fuerit decreta ob alium titulum a iure canonico recognitum, sciendum est, acta a tribunali haeretico aut schismatico confecta valore iuridico carere, et ex ipsis solummodo iudicium proferre catholico iudici minime licere. Quare tunc causa ex integro erit instituenda, et iuxta ss. canones pertractanda. Vetitum tamen non est, imo aliquando expediet, ut acta tribunalis haeretici vel schismatici requirantur, quo plenior factorum et circumstantiarum cognitio attingatur. Imo si huiusmodi documenta a partibus fuerint exhibita, dummodo nihil aliud obstet, poterunt adhiberi, atque ex illis indicia colligi. Partes tamen erunt semper audiendae, nec non, quatenus fieri poterit, etiam testes singuli iterum in iudicium vocandi, et interrogandi ad normam harum regularum. Neque omittenda aliarum personarum iuridica depositio, si adesse cognoscantur; sicut neque alia acta, quae vel moderator vel defensor matrimonii necessaria reputaverint. Si perpensis omnibus iudex censuerit, sententiam



edicendam esse conformem sententiae a tribunali haeretico aut schismatico prolatae, nunquam tamen istam sententiam, tamquam sui iudicii motivum invocare debebit; neque ullo modo post eam existimandum erit, duas adesse sententias conformes, a quibus necesse non sit appellare.

44. Quoad matrimonia in infidelitate contracta, si haec dissoluta dicantur per sententiam editam vel ab auctoritate civili, vel a quovis tribunali infidelium, eadem erunt servanda, quae dicta sunt de matrimoniis resolutis per sententiam tribunalis haeretici aut schismatici, nempe causam admittendam non esse, si rescissio proclamata fuerit ex titulo ab Ecclesia non agnito, vel servatis servandis esse ex integro instituendam, si contrarium contigerit. Si vero coniugum separatio acciderit absque ullo iudicio, observandum utrum pars, quae coram tribunali catholico agere intendit, secundum matrimonium contraxerit post baptismi susceptionem, an ante. Si matrimonium acciderit cum parte catholica post baptismi susceptionem, erit inquirendum, utrum praecesserit coniugis adhuc infidelis canonica interpellatio, aut saltem a legitima potestate fuerit super eadem interpellatione dispensatum. Quatenus constiterit de facta interpellatione aut de illius dispensatione, primum matrimonium nequit amplius constituere vinculum secundum connubium irritans; quatenus vero neque interpellatio, neque eiusdem dispensatio praecesserit, primum matrimonium obstabit quidem secundo, sed Ordinarius iudicium suspendere debebit, et casum cum omnibus suis circumstantiis ad S. Sedem remittere, quae ipsi Ordinario quid faciendum sit, indicabit. Ad probandum vero, utrum interpellatio vel eius dispensatio intercesserit, consulendi erunt libri matrimoniorum, vel etiam regesta curiae, in quibus haec accurate erunt semper recensenda. Quod si secundum matrimonium contractum fuerit etiam in infidelitate, praesumendum quidem erit quod, antequam persona, de qua agitur, ad baptismum admitteretur, servata fuerint omnia, quae ss. canones pro his casibus statuunt; sed si institutis opportunis investigationibus adhuc dubium subsit, ad S. Sedem erit recurrendum.

## ARTICULUS QUINTUS.

*De impedimento impotentiae.*

45. Ad impugnandum ex capite impotentiae matrimonium solummodo coniuges admittuntur, quia ipsis solummodo hoc factum cognitum esse potest, et ipsi tantummodo de hac re solliciti esse debent. Ut autem impotentia matrimonium contractum irritet, necesse est, ut sit antecedens atque perpetua, quae scilicet naturalibus atque licitis remediis tolli non possit. Ista impotentia si fuerit absoluta, seu talis ut omnino impossibilem reddat coniugalem copulam, matrimonium dirimit semper, et cum qualibet persona contractum; si vero relativa tantum, matrimonium dirimit solummodo cum illa, ad quam impotentia ipsa refertur. Ita igitur in causis huius generis investigationes erunt dirigendae, ut tandem deveniatur ad adstruendam vel excludendam assertam impotentiam antecedentem et perpetuam, sive absolutam sive saltem relativam.

46. Hunc in finem in primis audiendi erunt coniuges ipsi, prius ille, qui in causa actor fuerit. Isti erunt opportune interrogandi, a quo tempore sese cognoverint; an parentum consensu, sponte, et mutua voluntate matrimonium inierint, an eodem cubiculo et thoro usi fuerint, officiisque coniugalibus ultro libenterque operam dederint; an matrimonium consummaverint; an ipse examinatus cognoscat, vel suspicetur causas, propter quas consummare nequiverit, licet iteratis vicibus id conatus fuerit; an id contigerit ob causam vel defectum physicum ex parte mulieris an vero ex parte viri; an, quae, et quanto tempore adhibita fuerint medicamenta, vel alia remedia, et quinam fuerint eorum effectus; quanto tempore simul convixerint, et condormierint; quis primus alterum coniugem deseruerit; quaenam aliae causae accesserint ad separationem producendam; an et quibus parentibus, amicis, vel propinquis manifestaverint matrimonium consummatum non fuisse, eosque singillatim nominent. Quatenus ambo coniuges in responsionibus conveniant, attente consideretur, utrum suspicio adsit alicuius collusionis, et tunc omnia et singula iisdem obiiciantur, ut fraus, si adsit, detegatur.



47. Partibus ipsis auditis, examini subiiciantur testes inducti ab iisdem coniugibus, ac primo eorum parentes, quia melius informati praesumuntur, postea vero propinqui, famuli, amici, vicini, et quotquot de re instructi reputantur. Si quis ex testibus mortuus fuerit, fides mortis requiratur, inter acta recensenda; si vero alio abierit, curetur ut per Ordinarium loci, ubi commoratur, examinetur. Interrogandi autem erunt testes praesertim: an cognoscant coniuges, de quibus est sermo; an sciant, utrum libenter mutuoque affectu sese copulaverint, condormierint, matrimonium consummaverint; quibus de causis consummare nequiverint; an ad causas illas amovendas aliquid, et quid experti fuerint; utrum, et cuius generis conquestus inter eos exorti, et quaenam eorum causa: unde sciverint quae deponunt; et si ab extraneis ea compererint, quomodo vocentur, et ubinam commorentur. Interrogandi quoque de fama tam apud ipsos quam apud alios circa assertam non consummationem, et impotentiam.

Si partes ipsae aut testes deposuerint, pharmaca vel remedia adhibita fuisse, inquiratur de medico vel medicis, qui illa praescripserunt, in iudicium vocentur, et interrogentur de natura et qualitate morbi, quo coniuges laborare compererint, de symptomatibus, ex quibus ipsi naturam morbi deduxerint; de physica constitutione illius, cui assistentiam praebuerunt; de natura medicamentorum adhibitorum, nec non de effectu ab iisdem producto. Similiter interrogentur, utrum qui curae medicae subiectus fuit, vel aliquis alius ipsi manifestaverit, matrimonium aut non consummatum fuisse, aut non potuisse consummari; quid ipsi sentiant de tali asserta non consummatione, quid alii.

48. Singulorum testium expleto examine, duo saltem ex celebrioribus medicinae et chirurgiae peritis seligantur, qui corpus viri inspiciant, si de ipsius impotentia agitur, et iuxta probata suae artis praecepta examinent, utrum ad coeundum potens sit. Antequam opus sibi commissum implere incipiant, iuramentum praestent de munere adimplendo cum omni diligentia et de iudicio proferendo absque ullo partium studio. Quidquid ex facta inspectione detexerint, scripto narrabunt, et

ingenue dicent, quid ipsi sentiant de illius viri impotentia; utrum eam putent acquisitam, an ingenitam; absolutam, an relativam. Haec scripta ab ipsis iuramento firmata cancellario tradentur, ut inter acta recenseantur.

49. Similiter duae eligantur obstetrices in arte et praxi peritiores ac bonae famae, quibus post emissum iuramentum de munere fideliter adimplendo committatur inspectio corporis mulieris. Istae obstetrices a duobus saltem peritis, uno medico, altero chirurgo, erunt instruenda de recognoscendo statu physico mulieris, prout medicinae legalis praecepta ferunt. Deinde unaquaeque earum seorsum, quae repererit sub iuramenti fide in scriptis aut saltem oretenus apud tribunal exponet, et quid ipsa sentiat de talis mulieris integritate, et de eius aptitudine ad actus coniugales, si haec impugnata sit, declaret aperte. Hae relationes medicorum iudicio subiiciantur, qui sua vice referant, utrum inspectio regulariter sit facta; utrum ex ipsa habeantur sufficientia elementa ad iudicium proferendum de conditione talis mulieris; et utrum ex illis deduci possit pro diversa dubiorum ratione eiusdem vel integritas vel etiam impotentia.

Quod si in aliquibus locis obstetrices peritae non habeantur, et inspectio corporis mulieris omnino necessaria iudicetur, haec medicis peritis et honestate atquae aetate gravibus committatur, sicut iisdem esset committenda, si observationes ab obstetricibus factae concludentes non reperirentur. In his autem casibus matrona honesta iureiurando ad secretum obligata ipsi inspectioni semper assistat.

Facile porro patet, quam sancte in omnibus huiusmodi inspectionibus cavendum sit, ne quidquam agatur, quod divinae legi et castitatis virtuti adversetur.

Quod si ob singulares locorum circumstantias impossibile aut valde difficile aliquando fuerit, ut duo medici periti, et duae obstetrices item peritae reperiantur, tolerari poterit, ut unus tantum medicus et una obstetrix adhibeatur. Curandum tamen in hoc casu, ut relationes utriusque examinandae subiiciantur duobus aliis medica et chirurgica scientia doctis ibidem vel alibi commorantibus, ut fide iurata iudicium suum



super eas proferant, num scilicet iisdem sit fidendum, et num ipsae exhibeant motiva, quae sententiae ferendae solido fundamento sint.

Haec mulieris inspectio omittenda erit, si ea vidua sit, aut constiterit, post separationem a coniuge, cum quo lis est, aut etiam ante, cum alio viro commercium habuisse.

Medici et obstetrices, quantum fieri poterit, inter catholicos eligantur; si vero ex his haberi nequeant, tolerari poterit, ut acatholici adhibeantur, dummodo tamen aliunde constet, eos esse probos et honestos, neque a spiritu catholicae religioni infenso duci.

50. His omnibus accurate peractis, si omnia ad assertam impotentiam probandam conspiraverint, Ordinarius pro matrimonii nullitate iudicabit; sin adhuc dubium aliquod supererit, a sententia proferenda abstinebit, et novas ulterioresque investigationes instituendas praecipiet; quas si inire impossibile fuerit, aut si his non obstantibus dubium semper remanserit, aut si de matrimonio non consummato dumtaxat, minime vero de alterutrius impotentia constiterit, nec coniuges reconciliari queant, integra causa ad S. Sedem transmittatur, cuius erit opportune providere.

## ADNOTATIO SPECIALIS

*De impedimento Voti Solemnis et Ordinis Sacri.*

Quoties tractanda occurrerit causa matrimonialis, in qua de impedimento solemnis voti castitatis vel Ordinis sacri cum adnexa castitatis lege agatur, ea integra, post processum informatorium ad necessaria documenta et motiva colligenda institutum, a Rmis Patriarchis aliisve Ordinariis ad Sedem Apostolicam deferatur.

# Indice.

## Actele si Decretele Conciliului Provinciei bisericesci greco-catolice de Alb'a-Juli'a si Fagarasiu tienutu la anulu domnului 1882.


pag.

Epistol'a indictiunei conciliului Provinciei bisericesci greco-catolice de Alb'a-Juli'a si Fagarasiu . . . . 4

Seriea acelor'a, ce s'au pertractatu atâtu in Congregatiunile generale, câtu si in Sesiunile publice ale Sinodului Provinciei bisericesci greco-catolice de Fagarasiu si Alb'a-Juli'a convocatu in Blasiu pre diu'a de 30 Maiu st. n. 1882 si pre cele nemidĭlocite urmatórie . . 10

Programulu seau modalitatea tienerei Sinodului alu II. provincialu alu Provinciei greco-catolice de Alb'a-Juli'a convocatu la Blasiu pre $\frac{30}{18}$ Maiu 1882 . . . . . . 16

Oficialii Conciliului . . 26

Cuventarea inaugurala tienuta de catra Escellenti'a Sa Reverendissimulu Domnu Joanu Vancea de Butés'a Archiepiscopu si Metropolitu de Alb'a-Juli'a si Fagarasiu la deschiderea Conciliului provincialu alu II-le in $\frac{30}{18}$ Maiu 1882 . . . . 28


# Index.

## Acta et Decreta Concilii Provinciae ecclesiasticae graeco-catholicae Alba-Juliensis et Fogarasiensis celebrati anno domini 1882.


pag.

Epistola indictionis Concilii Provinciae Ecclesiasticae graeco-catholicae Alba-Juliensis et Fogarasiensis . . . 5

Series eorum, quae tum in Congregationibus generalibus, tum in Sessionibus publicis Synodi Provinciae Ecclesiasticae gr.-cat. Fogarasiensis et Alba-Juliensis in diem 30-am Maii 1882 Blasium indictae ac subsequentibus diebus celebratae acta sunt 11

Programa seu methodus celebrandi Synodum II-am provincialem Provinciae gr.-cat. Alba-Juliensis convocatam Blasium pro $\frac{30}{18}$ Maii 1882 17

Officiales Concilii . . . 27

Sermo inauguralis Concilii provincialis ab Excellentissimo ac Reverendissimo Domino Joanne Vancea de Buteas'a Archiepiscopo et Metropolita Alba-Juliensi et Fogarasiensi habitus die $\frac{30}{18}$ Maii 1882 . 29

| | pag. | | pag. |
|---|---|---|---|
| Decretulu de deschidere a Sinodului provincialu . . | 42 | Decretum de inchoanda Synodo provinciali . . . | 43 |
| Decretulu despre marturisirea credintiei . . . . | 44 | Decretum de professione fidei | 45 |
| Decretulu despre modulu vietiei sub tempulu Sinodului provincialu . . . . | 46 | Decretum de modo vivendi tempore Synodi provincialis | 47 |
| Decretulu de a nu discede . | 48 | Decretum de non discedendo | 49 |
| Decretulu de a nu prejudecá | 48 | Decretum de non praeiudicando | 49 |
| Comisiunile Sinodali . . | 50 | Commissiones Synodales . | 51 |
| Decretulu de incheiare . . | 52 | Decretum conclusionis . . | 53 |
| Cuventarea Escelentiei Sale Illustrissimului si Reverendissimului Domnu Archiepiscopu de Fagarasiu si Alb'a-Juli'a tienuta la incheiarea Conciliului provincialu alu II-le . . . . . | 54 | Oratio habita ab Excellentissimo, Illustrissimo ac Reverendissimo Domino Archiepiscopo Fogarasiensi et Alba-Juliensi in fine Concilii provincialis II . . . | 55 |
| Epistol'a, prin care Escellenti'a Sa Illustrissimulu si Reverendissimulu Archiepiscopu de Alb'a-Juli'a si Fagarasiu a substernutu Sacrei Congregatiuni de Propaganda Fide Actele si Decretele Sinodului provincialu II . . . | 62 | Epistola, qua Excellentissimus et Reverendissimus Archiepiscopus Alba-Juliensis et Fogarasiensis Acta et Decreta Synodi provincialis II-ae Sacrae Congregationi de Propaganda Fide subiicit . | 63 |
| **Titululu I.** | | **Titulus I.** | |
| Despre Marturisirea credintiei | 66 | De Professione Fidei . . | 57 |
| **Titululu II.** | | **Titulus II.** | |
| Constitutiunea Capitului metropolitanu . . . . | 80 | Constitutiones Capituli Metropolitani . . . . | 81 |
| Sectiunea I. | | Sectio I. | |
| *Capitululu cá corporatiune.* | | *Capitulum qua corporatio.* | |
| Capu I. | | Caput I. | |
| Consistinti'a Capitului metropolitanu . . . . | 82 | Consistentia Capituli metropolitani . . . . . | 83 |
| Capu II. | | Caput II. | |
| Agendele Capitului cá Corporatiune . . . . | 84 | Agenda Capituli qua Corporationis . . . . . | 85 |
| Capu III. | | Caput III. | |
| Representarea Capitului cá Corporatiune . . . | 86 | Repraesentatio Capituli qua Corporationis . . . | 87 |





| | Pag. | | Pag. |
|---|---|---|---|
| Capu IV. | | Caput IV. | |
| Drepturile Capitului metropolitanu in tempulu vacantiei Scaunului Archiepiscopescu | 88 | Jura Capituli metropolitani Sede Archiepiscopali vacante | 89 |
| **Sectiunea II,** | | **Sectio II.** | |
| *Capitululu cá Functionariu bisericescu.* | | *Capitulum qua Functionarius ecclesiasticus.* | |
| Capu I. | | Caput I. | |
| Agendele Capitulariloru cá Functionari bisericesci . | 88 | Agenda Capitularium qua functionariorum ecclesiasticorum | 89 |
| Capu II. | | Caput II. | |
| Curatorulu Bisericei metropolitane . . . . | 90 | Curator Ecclesiae metropolitanae . . . . . | 91 |
| **Sectiunea III.** | | **Sectio III.** | |
| *Capitululu cá Consiliariu alu Metropolitului.* | | *Capitulum qua Consiliarius Metropolitae.* | |
| Capu I. | | Caput I. | |
| Capitularii cá asesori consistoriali, si consiliari la alte tribunale archidiecesane . | 92 | Capitulares qua assessores consistoriales, et consiliarii penes alia Tribunalia archidioeces | 93 |
| Capu II. | | Caput II. | |
| Capitularii cá Referenti la Consistoriu si la Tribunale . | 94 | Capitulares qua Referentes Consistorii et Tribunalium . | 95 |
| **Sectiunea IV.** | | **Sectio IV.** | |
| *Capitululu cá administratoru alu Fonduriloru archidiecesane.* | | *Capitulum qua administrator Fundorum archidioecesanorum.* | |
| Capu I. | | Caput I. | |
| Capitularii in calitate de administratori si manipulatori ai fonduriloru si fundatiuniloru archidiecesane . . | 94 | Capitulares qua administratores et gestores fundorum et fundationum archidioecesanarum | 95 |
| Capu II. | | Caput II. | |
| Capitularii in calitate de censori si revisori ai ratiuniloru publice . . . . | 98 | Capitulares ut censores et revisores rationum publicarum. | 99 |
| **Titululu III.** | | **Titulus III.** | |
| *Ducerea in deplinire a restaurarei Ordului religiosu alu Basilitiloru in acést'a Provincia bisericésca.* | | *Executio restaurationis Ordinis religiosi Basilitarum in hac Provincia ecclesiastica.* | |

Pag.

Capu I.
Despre Monacii Basiliti . . 100

Capu II.
Despre Calugaritie. . . 100

**Titululu IV.**

*Instructiune pentru judecatoriele bisericesci ale Provinciei metropolitane greco-catolice de Alb'a-Julia si Fagarasiu cu respectu la causele matrimoniale.*

**Sectiunea I.**

Capu I.
Despre Casatoria . . . 102

Capu II.
Impedimentele derimatorie de casatoria . . . . 102

Capu III.
Impedimentele impiedecatorie de casatoria . . . 110

Capu IV.
Despre dispensatiune . . 116

**Sectiunea II.**

Capu I.
Despre judecatori in causele matrimoniale . . . 118

Capu II.
Despre acusarea Casatoriei . 122

Capu III.
Despre apelatiune . . . 128

Capu IV.
Despre sentintia . . . 130

Capu V.
Ordinea instantieloru cá foruri judiciarie . . . . 132

Capu VI.
Despartirea de patu si mésa . 138

Pag.

Caput I.
De religiosis viris Basilitis . 101

Caput II.
De Monialibus . . . 101

**Titulus IV.**

*Instructio pro judiciis ecclesiasticis Provinciae metropolitanae graeco-cathliocae Alb'a-Juliensis et Fogarasiensis quoad causas matrimoniales.*

**Sectio I.**

Caput I.
De Matrimonio . . . 103

Caput II.
De impedimentis matrimonium dirimentibus . . . 103

Caput III.
Impedimenta matrimonium impedientia . . . . 111

Caput IV.
De dispensatione . . . 117

**Sectio II.**

Caput I.
De iudicibus in causis matrimonialibus . . . 119

Caput II.
De Matrimonii accusatione . 123

Caput III.
De appellatione . . . 129

Caput IV.
De sententia . . . . 131

Caput V.
Ordo instantiarum qua sunt fora judicialia . . . 133

Caput VI.
Separatio a thoro et mensa . 139



Pag.

**Titululu V.**

*Normativu pentru Judecatoriele bisericesci din Provinci'a bisericésca greco-catholica de Alb'a Julia si Fagarasiu cu privire la procedur'a de observatu in causele bisericesci civile si criminale.*

Capu I.
Despre causele si Judecatoriele bisericesci in generalu . 138

Capu II.
Despre procedur'a bisericésca judiciaria civila . . . 142

Capu III.
Despre apelatiuni . . . 166

Capu IV.
Despre procedur'a bisericésca criminala . . . . 170

**Titululu VI.**

*Statute cu privire la administrarea averiloru bisericesci si scolastice.*

Capu I.
Despre averile bisericesci si scolastice . . . . 180

Capu II.
Administrarea averiloru bisericesci si scolastice . . 182

Capu III.
Conservarea averiloru bisericesci si scolastice . . 182

Decretulu de subscriere a acteloru sinodale . . . 184

Decretulu, prin care se recunosce alu doilea Conciliu alu Provinciei de Alb'a-Juli'a si Fagarasiu . . . . 190

Pag.

**Titulus V.**

*Normae pro Judiciis ecclesiasticis Provinciae ecclesiasticae gr. catholicae Alba-Juliensis et Fogarasiensis quoad proceduram in causis ecclesiasticis civilibus et criminalibus observandae.*

Caput I.
De causis et Judiciis ecclesiasticis in genere . . 139

Caput II.
De procedura ecclesiastica judiciaria civili . . . 143

Caput III.
De appellationibus . . 167

Caput IV.
De procedura ecclesiastica criminali . . . . 171

**Titulus VI.**

*Statuta administrationem bonorum ecclesiasticorum et scholasticorum spectantia.*

Caput I.
De bonis ecclesiasticis et scholasticis . . . . 181

Caput II.
Administratio bonorum ecclesiasticorum et scholasticorum 183

Caput III.
Conservatio bonorum ecclesiasticorum et scholasticorum . 183

Decretum de subscribendis Synodi decreti . . . 185

Decretum, quo Concilium Secundum Provinciae Alba-Juliensis et Fogarasiensis recognoscitur . . . 191

**Appendix**

ad Acta et Decreta Concilii Provinciae Ecclesiasticae graeco-catolicae Alba-Juliensis et Fogarasiensis anno domini 1882 celebrati.

Supremae Sacrae Congregationis S. O. Instructio ad probandum obitum alicuius conjugis edita anno 1868 . 193

Instructio ad Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos rituum orientalium in causis matrimonialibus adhibenda probata in Congregatione generali Emorum ac Rmorum PP. in rebus fidei inquisitorum generalium feria IV die 20 Junii 1883. 197

Ordinul al ~~Ep~~ ... p. 10 și p. 32 - iv, 134.

# Conciliul Provincial al Treilea

## AL PROVINCIEI BISERICEȘTI

### GRECO-CATOLICE

## ALBA-IULIA și FĂGĂRAȘ

### ȚINUT LA ANUL 1900.

# Concilium Provinciale Tertium

## PROVINCIAE ECCLESIASTICAE

### GRAECO-CATHOLICAE

## Alba-Iuliensis et Fogarasiensis

### CELEBRATUM ANNO 1900.

BLAJ, 1906.

TIPOGRAFIA SEMINARIULUI ARHIDIECEZAN.